2°

Problemata Alexandri Aphrodiſei.
Georgio Valla interprete.

Problemata Ariſtotelis.
Theodorus Gaza e græco tranſtulit.

Problemata Plutarchi per Ioannem pe-
trum Lucenſem in latinum conuerſa.

Georgius Valla Placentinus Ioāni marliano mathematico:& in tota philoſophia medicinaqꝫ præſtantiſſimo ſalutem plurimam dicit.

ALexandri aphrodiſei philoſophi ac medici præſtātiſſimi problemata:hortatu & auſpicio tuo in latinū uir longe doctiſſime Ioānes marliane conuerti quod te interpretari ea uelle mihi dixiſti ipſa multis de cauſis tibi dicāda eſſe exiſtimaui:& quod a me diſcipulo tuo:Cum medicinam mathematicaſqꝫ ſcientias publice profitebare : tanq̄ ab ea quā tu inſerueris ſtirpe fructum aliquando repoſcere iure tu quidem uidearis. ego autem uel non poſcenti ſi non doctiſſimos:ut tua ingens expoſtularet eruditio præſtare poſſim:at certe non ingratos merito debere tibi uidear exhibere : quod me plane effecturum confido. deinde quod hæc qualia ſint perpendere:ac iudicare te melius poſſit nemo:nempe cuius præſtātis in omnibus bonis artibus doctrinæ nomen:ut res etiam ipſa eſt tota non capiat italia.deinde quod hūc laborem ad te meum fructum non mediocrē filiis tuis Hieronymo Petro Antonio:Paulo eximiæ indolis in ipſis futuræ eruditionis adoleſcentibus allaturum confido.quippe qui ſuam quādam talem præſe ferant prudentiam:itaqꝫ ſuam modeſtiam:ut cunctarum bonarum artium ſtudiis facile teneri uideantur:ingenium certe peracutum elucet:& ne ad rerum quidem cauſas perſcrutandas:explicādaſqꝫ dialecticum acumen deſideratur:neqꝫ ad geometriæ excutiendas demonſtrationes deeſt facundia quod certe præſentibus nobis licuit intueri:& perinde has quæſtiones præcipuas non reor modo:ſed pro comperto habeo obſeruaturos præſertim quod quā utiles ſint uel ex eo cōiectari poteſt.quod cum eruditorum multorum conſenſu quadripartita ſit medicina: quod uel in ipſo ſtatim aphoriſmorum exordio oſtēdiſſe arguitur Hippocrates:arte quæ præceptis de rerū natura manantibus:atqꝫ principiis perficitur:ſiquidem ei quod generationis fortuitæ eſt p̱ quā raro ſeruit. Verūtamen ne a fortuna quidem aliena putatur medicina:Cum temporis oportunitatem utpote in corpore fluido propter inſtabilem materiā captare conueniat.deinde experientia:nam & hæc rationem exercet:atqꝫ confirmat:eāqꝫ morborum qualitatibus accōmodat : poſtea iudicio quod cum a diuina ui quæ nobis in anima inſita eſt omniū quæ ſub intellectum cadunt ſit capax:tria illa:artē:experiētiam:occaſionē:dirigit atqꝫ diiudicat.horū inquā nihil eſt qđ hic aphrodiſeus alexander.non attigerit in cunctis ſane excellens in primis autor.at ne ſola quidem hic medicinæ eminet utilitas:uerum omnis prorſus humanæ uitæ ratio percipitur : quod præcepta ad bonos habitus comparandos adhibeat non corporis modo ſed etiam animorū: q̄q̄ purgationes corporis ad animū quoqꝫ transferuntur:at cum animæ cibus īcorporeus ſit eruditio:hinc nobis licet intueri:q̄ ad corpus continendum:q̄ ad mentem inſtituendam ſalubria nobis præcapta tradiderit : nec ſparſim modo : ſed etiam quæ ſint quærendi genera : quotqꝫ ſint conductiſſima breuitate:& perquā perſpicua claritate contexuit:quæ proponātur cuncta diluere docens.at quoniam de quæſtionum generibus fecimus mentionē neutiquā remur alienum quorūdam doctiſſimorum hac de re hic proferre ſententiam.ita enim illi quæſtionum genera diuiſerunt:ut eorum duo prima eſſe uoluerint. Vnum quidem quod rem ſepctet infinitam:ſine aliquo definito complexu.alterum autem quod rem definitam ſpectet : & eorum porro utrūqꝫ in duo alia genera partiti ſunt.alterum quod ad cognoſcendum:alterum quod ad agendum referatur.nam aut ipſa cognitio:ſcientiaqꝫ perquiritur ut medicina ſit ne ſcientia an ars:aut agendi conſilium : ut ſit ne medico capeſſenda cibos ſuggerendi cura cognitionis autem tris ſpecies faciunt:coniecturam : diffinitionem ; conſecutionem. coniectura eſt ut cum quæritur ſit ne in magica uis ulla medicinæ.diffinitio:ut quid ſit medicina:conſecutio:cum quæritur quid quāqꝫ rem ſequatur:ut quāobrem inter biles qui atrā bilem euomunt magno laborāt periculo: actionis uero duas uolūt eſſe ſpecies:unā ad pſequēdū aut declinandū: ut q̄bus rebus ad bonū habitū corpus p̱duci poſſit:aut malū habitū deuitare.alterā quæ ad aliquod cōmodū uſūqꝫ referat: ut quēadmodū apud ægrotū ſe habere medicū cōueniat.rurſus cōiecturæ rationē in quattuor partes diſtribuerunt.nam aut quid ſit quærit ut quis ſit corporis optimus habitus:aut quæ ſit origo cuiuſqꝫ rei:ut quæ ſint naturalia principia:cuiuſmodi ſunt oās obſcuræ.aut in rebus naturalibus ; aut cæteris diſciplinis cauſarū rationūqꝫ quæſtiones:aut cauſæ tractatio : ut ſi quærat cur eminentiſſimi autores de naturæ principis aut in ægritudine una tollenda inter ſe diſſentiant aut de īmutatione:ut ſi quæratur num in hominis anima morte aduentante intereat ſcientia:an cōmutetur.diffinitioni proprietas: & diuiſio & partitio deputantur : ut quid in omnium mente quaſi impreſſum ſit.cum quid cuiuſqꝫ rei proprium ſit exquiritur:ut in hominem ne ſo-

lum an etiam in beluas cadat mœſticia. Cum res diſtribuitur in partes:ut ſi quæratur:quot ſint
motuū ſpecies ; ſiue illi animæ ſiue corporis ſint.aut cum quæ ſit forma & quaſi naturalis nota
cuiuſq; rei deſcribitur:ut quænam forma urinæ ſit quæ ſanitatem pretendat aut contra. Conſe-
cutionis duas faciunt ſpecies.nam aut ſimplex eſt quæſtio:ut ſi quærat̃ cur oui uitellus facile
concoquatur:aut ex comparatione:ut uitellus ne an albumen facilius cōcoquatur de expeten
dis:fugiendiſq; rebus ut expetendum ne ſit ægroto quicquam & pariter fugiēdnm : de æquo &
iniquo ut æquum ne ſit humana omnia diuino adminiſtrari conſilio pertinaciter defendere.cō
parationis duæ ſunt ſpecies. Vna cum idem ne ſit an aliquid īterſit quæritur ut pus & ſanies:eu
nuchus & ſpado:ut ab ariſtotele quæſitum eſt.altera cum quid præſtet aliud alii querit̃ ut plus
ne ad comparandam medicinam proſit experientia:an ars:occaſioue : aut iudicium.præterea nō
modo quid utilius:ſed quid utiliſſimū:Quæ uero referuntur ad agendum eorum duo faciunt
genera.unum ad officium quo in genere quid rectum:faciendūq; ſit quæritur:ut quæ inſpicere
quæq; percūctari medicū apud ægrotum conueniat. alterum ad motum animi gignēdum ut
quādo ac ut a medico animādus eſt ægrotus ſpe:aut econtrario terrendus:& quaſi ſuſcitādus ſit
Hæc fere ſunt tradita a ueteribus quæſtionum genera : unde problemata uaria quæ latine qui
dam propoſita uocāt quintilianus ambiguitates.alii quæſtiones.at quoniam græcum uocabu
lum apertius uſu imperitate nobis occurrit græca potius utēdum nobis appellatione cēſuimus
deniq; quoniam nos ut in præfatione iam ſatis multa locuti uidemur:alexandro ipſi aphrodiſeo
cedamus me interprete locuturo.

VICTOR piſanus Ludouico mucenigo:præcellenti in eloquentia uiro.S.P.D.

SIngularis doctrina:facundia minime uulgaris:inſigniſq; tua Prudentia Ludouice
mucenige:me iāpridē ad te amādū:& obſeruādū cōpulerūt. Tua porro lenitas fe-
cit:ut mutuus īter nos amor ītercederet:ut alter alteri cū ſors ipſa tulit cōgratu
letur:Pariterq; cōdoleat ſicut in p̄ñtia mihi faciendū duco.nā cū ꝓximis diebus
apud præceptorem noſtꝝ Georgiū uallā ſicut de more ad eū uentitare cōſueui:
eſſem.audiui īpreſſorē quendam qui eius opera īprimere & euulgare conſueuit
Alexandri aphrodiſei problemata.quæ olī latina feciſſet ipſe Georgius ualla ſibi īprimenda uæ-
hementer exigere:ꝙ Nicoletus noſtri tp̄is philoſophoꝝ oīum acutiſſimus edēda eſſe duceret:at
q; magnope hortaretur.a præceptore quoq; noſtro Valla accepi idem ut faceret hortari cum
multos:tū Lazarum quendam dactylum placentinum medicum longe p̄ſtantiſſimū quē alteꝝ
noſtri tp̄is Galenum frequenter ſolet appellare ita admiranda q̄dā doctrina p̄cellit. Hoc cū audi
uiſſem auidiſſime mihi ipſum oſtendi librum popoſci:quem cum legiſſem Ludouice mi rerum
tot tantarumq; cognitione.& orationis ſplendore incenſus rogaui apprime ut imprimeretur
nec me continere potui quin tecum in tanto congratularet commodo:adeo enim argute de ho
minis natura brutorumq; rerumq; cæteraꝝ.uideas hunc philoſophum medicumq; p̄cipuum
differentē.ut non hominem ſed naturam ipſam rerum loqui nobiſcum credas.ea porro īterpre-
te oratione nobis expoſita ut ipſum iuſtum philoſophum non alium nobis quæ dicat referre
exiſtimes.proinde noſtræ huic congratulemur ciuitati:ꝙ talem nacti fuerimus unum qui doctri
na tam multiplici & præcellenti ſit. Vt noſtrum illuſtret ſæculum.ita quottidie nouum in oī-
bus paſſim ſētentiis aliq̄d emergit ac ut.adhuc magis noſtræ ciuitati congratulemur:hunc ſubli
men doctrina uirū præceptorē noſtrū in diuerſo dicēdi genere multiuigos diſcipullis ſuis fru-
ctus īgerere alii ipſo dirigēte rhetoricos:alii poeticos : alii mathematicos cōponunt cōmentari
os ac ut alii in latinum græca conuertnnt.ita inter cæteros unus in dicendo minime infans hi
ſtoriam a prima hominum memoria ad proxima uſq; tempora decem & nouem eneadibus con
cluſam in latinum tranſfert.ubi præter ea quæ in toto orbe terrarum geſta ſunt uideas diſcipli
narum non inuentores modo.ſed etiam quid illis ſubdiderint correxerintue quæ priores īgenio
ſuo aut alieno memoriæ prodiderunt, & quemadmodum ab exiguis principiis quaſi pro gra-
dus: ac pro manus ad ſummum culmē omnes conſcenderint diſciplinæ:dii immortales:quantū
nobis illuxit bonum q̄ multiplex ex uno uiro emanat fructus: & in poſterū annuēte deo. Vnde
bona omnia:futurus eſt.at iam hæc miſſa facio ſi enim proſequi uelim ut ipſa depoſcit materia
nullus eius laudum finis inueniretur.iam igitur te ad eius uiſendam in ſcribendo peritiam &
alexandri aphrodiſei longæ præſtantiſſimam dimitto doctrinam

tra tranſuerſa in partē obiectā. Quæ autē præter naturam fiunt: hæc factu ſunt difficilia. Siniſtra uero manu partem pfricando dextrā nil tale pcipimus: quoniā hæc neutrā in partē apta poteſq; eſt.

Cur breues deambulationes laborioſiores ſunt. An ꝙ crebro ſubſiſtimus: neq; æquabili inceſſu mouemur cum flectimus: quod certe laborioſum eſt.

Cur in ſole cum ſtamus amplius recaleſcimus q̄ cū mouemur. cū tamen motus omnis uim cale factoriam habeat. An non oē mouendi genus calefacit ſed eſt etiam quod refrigeret. Quod etiā in ollis feruentibus patet quotiens eas afflamus aut uerſamus. An quia cū ſtamus calor permanet. is autē cū permanet ampilus calefacit quā cū mouetur. Corpus etenim noſtrū uaporem de ſe quendam mittit aſſidue tepidū qui proximū aerem tepefacit quemadmodū titio. Cum igitur quieſcimus aer nos circunfundens calidus ob prædictā cauſam redditur. At cū mouemur flatus excitatur qui refrigerare nos poteſt flatus enim quiſq; frigidus eſt.

Quā ob cauſam qui equo currunt: quo contentius curſum arripit equus: eo magis lachrymas mittunt. Et qui pedibus eo magis quo intenderint uæhementius. Vtrum quonia aer occurſans frigidus eſt frigus enim lachrymas mouet. quippe ꝙ contrahendo condenſandoq; carnē humorem exprimat. An potius contra. Calor enim ſudorē elicit lachrymā autē ſudor quidā eſt. qua propter a concalefactione utrumq; mouetur & ſudor & lachryma. ſalſaq; pariter ambo ſentiuntur. Calorem autē efficere motus poteſt. An propter aeris ictum. Quomodo eni flatus aduerſi occulos pertur bant: ita etiam aer qui ſe obiectat quo quis contentius equum agitat aut ipſe currit eo magis ictu quodā molli obuerberat ferit quo fit ut ſe lachrymæ pmant: ſcilicet meatibus oculorum relaxatis appulſu eiuſmodi. Oīs etenī ictus uim aut ſecandi habet: aut collidendi & cōtundendi.

Quāobrem qui curſum concitate agunt conuulſis maxime corripiantur ubi quis intercurrendū eis ſubſtiterit. An ꝙ ea potiſſimū diuellunť quæ in partē cōtrariā uæhementer trahimus atq; mouemus. Cum igitur homini currenti uæhemēterq; mēbra ultra propellenti quis obuiā factus obſtiterit accidit ut in partem retorqueātur contrariā: quæ adhuc ante pertendunt atq; proripiunt. Itaq; diuulſio eo uæhemētior incidit quo curſus contētius agitur.

Cur ambulationes minus laborioſæ ſunt quæ inæquales q̄ quæ recte aguntur. An ꝙ delatio erecta ſecūdū naturā corporis uniuerſi eſt. Ideo ambulationes quas loca æquabilia præſtat laborioſiores quā inæquabiles ſunt ꝙ in eaſdē partes laborē enim admouēt. quod inæquales illæ non faciunt. Diſpertiunt enī magis in omnes corporis partes. calidis uero tēporibus actæ ambulatiōes plus ualent quā frigidis. quippe quæ partibus externis laboris plus afferāt: & quidē ſudorē ob eā rem euocando extenuent. Frigidis cōtra carnem reddūt conſtātiorē: & ſtomachū excitāt ciborūq; faciunt auidiorē. Partibus enī internis calorē augent: mēbriſq; ad frigoris appulſum torpentibus locū intimum calore amplificato efficatius purgāt. Carnē uero ſolidiorem efficiunt ut quæ per eam uniuerſam nequeant ſuperare. Accliues etiā ambulationes laborioſiores ſunt q̄ decliues. magiſq; extenuant. Faciunt enī accliues ut lūbi potiſſimū laborēt: decliues ut femora. Pondus enī totū femoribus incumbens grauiſſime pmit: quod idē cum præter naturā ſurſum efferri. a calore cogať maiorem in modū calefacit. Itaq; efficitur ut arduū ambulandi genus ſudores moueat ſpiritū ſuſpendendo extenuet lumbis dolorem infligat. Crura enī magna cū difficultate ſe in ſublime incipiunt lumbos inflectunt: frangunt: euellunt: quibus de cauſis labor præcipuus ſequatur neceſſe eſt. Locis autē duris ac renitentibus habitæ ambulationes muſculos & neruos cruriū effatigāt. Quippe quæ contātiones tam neruis q̄ muſculis moueāt cū enixu agātur uiolēto. Mollibus uero & cedentibus locis facta ambulatione articuli potiſſimū ſentiūt. Flexus enī articulorū pcrebreſcit cū ſolū ſuccūbat dilabať & cedat eadē queſtio eſt. Et cur locis arduis difficilis ambulemus. An qm̄ oīs ingreſſus attollētia & poſitiōe cōficiť. Attollere igiť præter naturā eſt ponere ſecundū naturā ppo nere mediū tenet. in ambulando autē locis arduis multū fortis illius auerſe natura pculdubio eſt.

Quare qui curſum ex equo arripiunt minus decidunt. An quod magis cauent q̄ timent.

Cur ſedile alios īpleat: alios extenuet. Vtrū habitus corporū diſtāt inter ſeſe: ut alii calidi alii frigidi ſint. ergo ſi ita eſt calidi īplenť. Cibū enī corpus ui ſui caloris exuperat. Frigidi autē ꝙ aduenticiū calorē deſiderāt: quē ex mouendi rōne potiſſimū corpus acquirit cōcoquere nequeunt dum quieſcunt. An ꝙ alii excrementis redundat & ob eam rem motū deſiderant alii non.

Cur partes corporis diſtendende ſint: quod qui ſe exercitant facere cōſueuerunt. An ꝙ meatus ſpiritu ſuo perpurgari oporteat.

Cur inflexo corpore cubare melius eſt quod etiā medici plæriq; præcipiūt. An ꝙ uenter cū recaleſcit cōcoquere celerius pōt. Sic autē fit ut recaleat. Ad hæc locū flatibus dare in quē incūbant. & īnitanť oportet. ita enī minime infeſtabūt. hinc enī & uarices & cæteri abſceſſus iuuāt ꝙ uentriculos continent in quibus flatum recipere quæunt. Ergo corpore extento cauerna nulla eiuſmodi adigi poteſt. locū etenī omnē uiſcera occupāt. inflexo aūt lingula laxātur & ſinuanť.

Cur uertigo ſurgēti potius accidat q̄ ſedenti. An qm̄ quieſcenti humor uniuerſus unum in mem-

brum ſe colligit : & quo cruda etiam oua nequeunt circumuerit.ſed protinus decidunt. Mouenti autem humor ſe æque expandit.Surgimus igitur a quiete. q̃ ita affecti ſumus.ſedemus uero a motu quo humor æquabili modo quaqꝫ uerſus ſe porrigit.

Quam ob cauſam cũ parte corporis dextra cubamus ſõnus magis accedit. Vtrũ ꝙ uigilantes contra quã dormiẽtes habemus ergo cũ uigilando parte accubemus ſiniſtra, contrarium ſequetur in dormiendi initio cum id contrariũ ſit. An ꝙ ſomnus priuatio motionis eſt.Partes igitur quarum mouere intereſt quieſcant oportet.Dextrarum autem partiũ mouere intereſt.Cũ autem ita accubamus uelut initium quod de reſurgendi detentum obligatũqꝫ habemus.

Cur torpeamus & cur manus potiſſimũ & pedes.An ꝙ turpor refrigeratio eſt.Fit enim propter ſanguinis priuationem tranſlationemqꝫ. Manus autem & pedes omninum maxme partium carnis inopes nerui uberes ſunt, ſed præcipue pedes, itaqꝫ ad refrigerationem celerem ſua natura nimirum habiles redduntur.

Cur libenter in latus accubamus ſiniſtrũ.in dexterrũ autẽ potius dormimus. Vtrũ quoniã conuerſi ad lucem minus dormire.ſomnus cui in tenebris ocius obrepit poſſumus. An ꝙ dum in latus accubamus ſiniſtrum uigilare magna ex parte conſueuimus.& operum functio ſic nobis expeditior eſt. itaqꝫ ad contrarium opus contrarius habitus ſiue ſitus requiritur. inuitatur autem quiſqꝫ magis ad opus fungendum habitus ſui ratione.

## SEXTA PARTICVLA QVAE AD CONSENSVM NATVRE ANIMANTIVM PERTINENT.

CVr a morbis nonnullis ægrotant qui appropinquarint a ſanitate nemo ſanari poteſt.An quoniã morbus motio eſt.Sanitas autem quies ergo illa mouere poteſt hæc non poteſt.An ꝙ alterum non uoluntarie. alterum uolũtarie accidit Res autem nõ uoluntarie a uoluntariis conſultiſqꝫ plurimum differunt.

Cur oſcitanti ſæpe in oſcitando reſpondemus & cũ mingentem quẽpiam uidimus ad mingendum mouemur, quod iumentis præcipue accidit. An ꝓpter memoriam. Mouemur enim ea ipſa parte quotiens meminerimus. hominibus tamen quia ſenſu præditi ſunt faciliori.ſtatim ubi uiderunt euenit ut moueantur. reminiſcanturqꝫ iumentis autẽ uidiſſe non ſatis eſt ſed alio quoqꝫ ſenſu opus eſt.Quãobrem addito etiam olfactu mouentur.quoniã ſenſus hic in brutis mobilior eſt.Vnde fit eodem in loco ſequentia mingant omnia quo primũ eminxerint. Tum enim præcipue mouentur cum olfaciunt autem poſtea q̃ apporpinquarunt.

Quãobrem cum ſecari quẽpiã aut uri aut torqueri. aut aliqua re tetra affici uidemus animo uicem eius doleamus. An ꝙ omnium communis natura humana eſt, ignoſcimus ergo cum tale quidpiã inſpeximuspropter naturæ conſortionem & familiaritatem. An quomodo nares.& aures delibationes quaſdam rerum obductarum pro ſua facultate concipiunt, ſic etiam aſpectus afficitur & a re delectabili & a triſti.

Cur a tabie & lippitudine & ſcabie capiũtur qui appropinquarint ab aqua autem intercute. aut febre aut ſtupore attonito.aut aliquo ex numero cæterorũ malorum capi nequeunt. An a lippitudine quoniã oculus pars noſtri corporis immobiliſſima eſt,cæterarũ maxime omnium rei ſibi obiectæ ſimilis reddi poteſt quippe qui facile moueatur ab eo quod moueat.itaqꝫ fit ut cũ ꝑturbatũ obſpicit oculum. facile ipſe etiã perturbetur. Talis autẽ contagio ideo fit. quoniã ſpiritũ uiciat grauẽqꝫ reddit.Celerrime autẽ oẽs morbis arripiuntur his qui ſpiritu corrupto proueniunt quale eſt omne peſtilens genus.Qui autẽ appropinquarit talẽ profecto ſpiritũ trahit qualẽ æger ille reddiderit. Aegrotat igitur: quia morbiferũ eſt quod ſpiritu trahitur. ab uno autẽ morbum excipit quoniã unus ille ſic ſpirat.Cæteri ſecus.eundẽ uero quia quo ægrotarit hoc non aliter ſpirat q̃ fuerit affectus. Sed ſcabies magis q̃ lepra cæteraque uicia generis eiuſdẽ afficere poteſt quomiã per ſũma corporis errat & humore manat glutinoſo.Genus nãque prurientiũ oẽ tale eſt.itaque idipm quia per ſũma oritur glutinoſũque eſt nimirũ idcirco attingere poteſt.Cætera nequeunt.uel quia non per ſumma proueniunt, uel quia perſiſtere ſuam ob ſiccitatem non poſſunt quamuis per ſummã cutem oriantur.

Quid eſt ꝙ nõnulla ex his quæ audiu briſia nobis occurrunt ut inhorreſcamus efficiant ut ſerra cum exacuitur.& pumex cũ ſecatur: & lapis cũ mola frangitur. Quæ autẽ notæ affectionum patent aſpectui hæc genera affectionũ ipſa in nobis creant. dentes enim ſtupeſcunt cũ aliquos rem acidam edentes aſpicimus Et plerique cũ homines laqueo ſuſpendi uel aliter ſtrangulari uiderent ipſi defecerunt. An ꝙ uox omnis genuſque omne ſtrependi ſpiritus eſt qui noſtrũ ſubiens ſenſũ mouere nos ſolet.Cũque ſuum motũ uel magnitudine uel pulſu uæhementiore amplificauit. aliquid ex his quæ noſtro in corpore latent immutant & ſæpe interimit.Ergo ſpiritus qui q̃uis magni lenes tamen adierunt. hi ſedem ipſam cõmouent ſentiendi.& lætitia ob eam rẽ nos afficiunt. Aſperi autẽ quoniã ictũ inferũt uæhemẽtiorẽ ſedẽ utique illã cõcutiũt .lõgeque ꝑ ictus ſui facul-

tate ſe porrigunt.Quod idē res quoqꝫ frigide faciunt.Frigiditas enī uis quædā eſt.ſed hāc horrorē inuehere poſſe dictum iam eſt.aſperitas uero ꝙ pulſu frequāte initiū piloꝝ cōcutiēs in perte pellit aduerſam.efficit ut pili ſe erigant.Pulſo nāqꝫ initio cacumē piloꝝ ſe transferat in partē aduerſam neceſſe eſt.itaqꝫ fit ut pili exurgāt.oēs enī deorſum ꝓcūhunt.Et ſpiritus quoqꝫ qui per aures corpori ſe inſinuat:de ſūmis ad ima ſe defert.Ergo cū ſoni quos modo diximus aſperi ſint horror utiqꝫ ob cauſam p̄dictā moueri poteſt.Sed euenit ut cæteris partibus potius q̄ in capite moueat̃. quoniam ut pili partium cæterarum imbecilliores ſunt.ſic affectus hic imbecillus occurrit. Cur uero ſenſus audiendi quam uidendi obtuſior ſit.affectus quoqꝫ hebetiores per ſūma errant:q ab coipſo ꝓficiſcunt̃.Horror autē talis eſt quāobrē multis ac uariis cauſis exiſtit.Senſus uidendi uero cum oīum exq̄ſitiſſimus certe ſit.euēta quoqꝫ ipſa pro ſua p̄ſtātia ſolet ingerere.Quo circa efficit̃ ut ipſi ueri affectus ꝓficiſci ex eo poſſin q̄uis uero leuiores.At in ſenſu audiēdi ut ipſos minime:ſic eoꝝ expectationē nimirū horramus: Rei enī triſtis & anxie expectatio exiſtit.

## SEPTIMA PARTICVLA QVAE AD RIGOREM ATQVE HORROREM PERTINENT.THEO.INTERPRETE.

QVa de cauſa liuidi qui rigent efficiunt̃.An qm̄ ſanguis appulſu frigoris gelaſcit.gelatus autē nigreſcit ꝓpter caloris inopiā.Albedo nāqꝫ igni tribuit̃.Quapropter his maxime qui ærate ꝓceſſerūt caro liueſcit eo ꝙ calorē minimū obtinent.

Cur extrema corporis maxime rigēt.An ꝓpter anguſtiā.Foramina enī quæ in his īſunt anguſta parū obtinent ſanguinis.& ob eā rem parū caloris ſortiuntur. Sanguis enim calidus eſt.

Cur pedes magis tunc rigent:cū ſuſpēſi tenent̃.Vtrū ꝙ frigus amplius ad eos aſpirat. An ꝙ ſanguis in breuiorē ſe cōtrahit partē.itaqꝫ reliquū frigori opportunius reddit̃:cū calor deſit.

Cur tp̄e frigido maxime uis illa famis intollerabilis incidat qui caninus appetitus uocatus eſt: & hiberno potiuſq̄ æſtiuo.An ꝙ uiciū hoc ob inopiā alimēti ſicci ſolet accidere.Tp̄e aūt frigido:hiberno cū calor in anguſta ſe cōtrahit ocius interdū deficit alimētū quod cū defuerit:uiciū id eſuriendi accidere cōſentaneum eſt.at ſi in ea cibi uicioſa cupiditate reſolutio ībecillitaſqꝫ ſecuta eſt materia ſtatim interna corporis a collecto calore colliqueſcit.quæ ſi ad locū eibo a natura deſtinatū influxerit.pro cibo ſeipſam corpori applicabit.ſed ſi ſpirandi ſedē adiuerit.obmuteſcere atqꝫ lāguere neceſſe eſt.obmuteſcere inquā quoniā ſpirādi meatus interſepit̃:atqꝫ obſidet̃. Langueſcere aūt eſt ꝓpter mediā cōſūptionēqꝫ corp̄is.Celeriter tn̄ pauciſqꝫ remediis ſubuenit̃:eo ꝙ eius mali ortꝰ extrinſecus eſt.Frigus enī calorē corporis noſtri intus cōpellēs ac cōtrahēs inſatiabilē edendi illā cupiditatē iniicit atqꝫ intēdit.Quāobrē quō qui in metuēdo tremebāt pallebātqꝫ periculo demū liberati ſubito ad priorē redeūt ſtatū:ſic etiā eſuriētes illi ubi parū ſūpſerūt panis citiſſime recreātur:ut qui ui paulo a naturæ rōne ſūmoti aberrent nō qui penitus corrupti deſciſcant. Quod enī naturæ tenorē in partē aduerſam uiolat idē ſuæ naturæ eundē reſtituit.Ergo dimiſiſſe tātūmodo ſateſt.quemadmodum cum aduerſi inter ſe pueri funem enixi retrahunt:Quippe qui fune dimiſſo reſupini protinus decidant.

Cur hoīes pleni admodū rigēt cū tn̄ pingue oē calidū ſit.An ꝓpter amplitudinē molis ut lōge a calore interiore diſtāt partes extremæ corporis ſic ꝓpe ab extremo frigore abſunt.

Cur exercitati frigus uæhemētius ſentiunt q̄ inexercitati.Vtrū qm̄ pingue cōſumptū a laboribus eſt.quod utiqꝫ teporē p̄ſtare poteſt.Calidū enī opimū eſt.an ꝙ ſpiratiora ſolutioraqꝫ corpora eoꝝ ideo ſunt:qm̄ pingue excrementūqꝫ oē detactū eſt.ita ut frigus arcere nequeāt: an ꝙ meatibus ꝑ per ſudationē patefactis ueluti hoſtia cōplura aperiunt̃ habitū aūt nō eūdē ſanitati: & robori eē idoneū manifeſtū eſt.alteri nāqꝫ pinguis alteri laxus uidetur plane cōuenire.

Cur ut aqua frigida:ſic etiā calida infuſa horreſcimus.Res enī cōtrarias inter ſe idem efficere poſſe abſurdum eſt.An frigida infuſa calor interior extinctus horrorē mouet.calida autē frigus externum circū obſiſtens in unū ſeqꝫ profugū intercolligens efficere idētidē poteſt:quāobrē utrūqꝫ ab eodē agitur.Vernm alias ab interiore alias ab exteriore ut dictum iam eſt.

Cur pili in cute inhorreſcunt.An ubi cutem cōtraxerant merito eriguntur.contrahūt autem & rigore & aliis plæriſqꝫ affectibns.

Cur ad extremā urinæ miſſionem inhorreſcere ſolemus.an dum humor calidus ille ineſt. Veſica & meatus qui circa eam poſiti ſunt pleni experteſqꝫ frigoris ſubſtāt.Poſt uero ubi effluxerit aere frigido replētur.Quippe cū inane nihil eſſe naturæ ratio patiatur: ſed aut aeris aut corporis plenū eſſe unūquodqꝫ neceſſe ſit.Quod igitur aer ſe induxerit frigidus recte ut inhorreſcamus euenire ſolitum eſt.

Cur lingua rigentium quemadmodum uinolentorum errare ſoleat.Vtrum ꝙ a frigore cōcreſcit ac indureſcit mouenti difficilis redditur:itaqꝫ explanare non poteſt.An quia partes exteriores appul

ſu denſantur frigoris humor intus collapſus linguã madificat exquo ſuo fungi officio lingua nequit ut de uinolentis etiã diximus. An ꝙ per tremorẽ a rigore inductũ motus temere agit᷑. Articulate uocabula lingua edere nõ poteſt. itaqꝫ oberrat & heſitat.

Cur pili rigentiũ erigunt᷑. An ꝙ ex refrigeratione calor in partem interiorem ſe colligit. Vbi autem carni caloris beneficium defuit: magis coagitur. Quod cũ fit pili erectiores effigi cogunt᷑.

Cur hieme cũ currimus magis rigemus ꝗ̃ cũ ſtamus. An ꝙ aer noſtra ambiens corpa cũ ſtamus ubi ſemel cõcalefactus eſt nullã ꝑterea moleſtiã infert. cum autẽ currimus alius atqꝫ alius ſubinde frigidus occurrit: itaqꝫ facit ut magis rigeamus. Ad hæc aer cum mouetur frigidior redditur: quod quidem in currendo maxime incidit.

Cur tpe matutino frigus acrius eſt cũ tñ ſol ꝓpius abſit. an ꝙ plus tpis abſentie ſolis exultat: itaqꝫ terra magis rafrigerata eſt. an ꝙ die inſtante ros & pruina cadere ſolent quæ frigida ſũt. an hæc ẽt iõ cadũt: qm̃ calor qui ſurſum ſe extulit ui frigoris ſupat᷑: idqꝫ nõ niſi ſolis abſentia euenit. Quocirca cũ lõge diſtat nõ cadũt cũ ꝓpius tũ cadũt atqꝫ gelãtur ꝙ locus uæhemẽtius refrigeratus eſt ꝓpter ſolis diuturniorẽ abſentiã. an die inſtãte potius flatus incitãtur nocturni: qui gelidi ad modum ſpirãt. an nobis frigus acrius idcirco eſſe uideatur ꝙ cibi cõcocti iam ſunt. inaniores autẽ cũ ſumus. frigus utiqꝫ acrius ſentimus argumentũ ꝙ a uomitu maxime frigere ſolemus.

Cur ubi ſternuimus uel minximus plærũqꝫ inhorremus. an ꝙ ratione utraqꝫ uenis ſubtrahit᷑ ꝙ cũ redditæ ſint ianiores: aer ingreditur frigidus qui rigorem ciere poteſt.

Qua de cauſa qui uæhementer frigẽt ſi ſtatim copioſo igne cõcalefiãt indoleſcũt. ſi paulatim uero tepefiãt ſine magno dolore recreabunt᷑. an ꝙ oĩno cũ ex cõtrariis cõtrariũ proficiſcitur magna efficit cõmutatio ſolet: ut in arbore ſiquis paulatim deflectit nihil eſt ꝙ ſtirps ipſa laboret. at ſi uæhemẽtius corripit: nec ſenſim adducit: frãgatur neceſſe eſt. Ergo ſi ſimile a ſuo ſimli affici nihil poteſt. Vt aũt calor hominis frigẽtis intus ſe conſiſtit: & colligit ſic humor & rigor parti exteriori relinquunt᷑: cõtrariũqꝫ ſui cõtrarii corrũpens eſt efficitur recte ut ſi ſenſim paulatimqꝫ tepefiãt calor prouocetur & exeat. itaqꝫ minus doleant: ſin ſubito recaleſcant amplius adducatur & aſtringatur: itaqꝫ dolendum acrius ſit.

Cur refrigerati magis ab eodẽ calore urimur atqꝫ dolemus. Vtrũ caro ſuæ cauſa denſitatis calorem occurrentẽ ſibi tenacius ſuſcipit ex quo plumbũ calidius redditur ꝗ̃ lana an calor ui penetrat eo ꝙ foramina nimio frigore congelauerunt.

Quã ob cauſam nõ rigent qui iraſcunt᷑. an ꝙ ira & excãdeſentia timiditati cõtrarii affectus ſunt. Et aũt ira ex igne ꝓficiſcẽs. Cũ enĩ intus copiã ignis retinemus cõcaleſcimus: quod maxime in puerili ætate ꝓſpicere licet. Pueri nãqꝫ primũ ſpiritus copiã retrahũt deinde rubeſcũt. calor enĩ cũ intus affatim ſubſtat atqꝫ humificat: facit ut erubeſcãt. Nã ſi quis large aquã frigidã his infuderit irã ſedabit. Sic enĩ calor extinguit᷑. Pauidi autem & perterriti contra rigent enim & frigidi pallidiqꝫ redduntur. calor nãqꝫ eorum ſe ſũmis de partibus ſe uocat ad imas.

Quãobrem quotiens inhorreſcimus pili erigunt᷑. an ꝙ in humore occluſi cõtinent᷑. humor enim a pili altitudine uincitur. horror autẽ pulſu frigoris fieri ſolet. Frigus uero calidum humorẽ congelet. naturæ ratio uult. Ergo ubi cõmutatus cõgelatuſqꝫ humor eſt in quo pili inherent pilos ipos mutari cõſentaneũ eſt. aut igitur in partẽ aduerſam ſe trãſferrent in in eadẽ manebũt: ſi rurſus uincere humorẽ potuerint. At uериſimile nõ eſt ut humorẽ gelatũ coactũqꝫ pilus uincere ſuo ponduſculo poſſit Ergo ſi pilus undiqꝫ gelido humore obſeſſus ne quo ualeat inclinari: reſtat ſane ut erectus cõſiſtat. an qm̃ calor pulſus frigore ad locũ interiorẽ ſe colligit. Vbi autẽ calor ſe a carne dimouit: caro plenius cogit᷑ coactaqꝫ pilos eminẽtius erigi cogit quõ ſi cũ terræ feſtucam: aut aliud quodlibet infixeris conſtruas. atqꝫ undiqꝫ terram colligas: efficies ut magis erigi poſſit quod infixum eſt ꝗ̃ ſi terra minus eſſe coactum ſciueris.

Quã ob cauſam qui rigent maxime dormire non ualeant. An quoniam qui riget ſpiritum magis retinet ꝗ̃ laxat. qui dormit magis reddit ꝗ̃ attrahit. Facit igit᷑ rigor ut cõtra agat᷑ ꝗ̃ cũ dormitur.

## OCTAVA PARTICVLA QVAE AD RES NATVRALES COMPENDIO PERTINENT THEODORO INTERPRETE.

CVr in animantium genere alia tuſſiunt alia non. Verbi gratia: homo tuſſit bos minime. Vtrũ ꝙ cæteris maxima ex parte excremẽtum aliorſum ſe uertit: homini autem eo conuerti natura uoluit. an ꝙ homo maximum humidiſſimũqꝫ cerebrũ continet. Tuſſis autem pituita diſtillante fieri ſolet.

Cur homini tãtũmodo ex omni animantium numero ſanguis e naribus defluit. an quoniam plurimum cerebri idẽqꝫ humidiſſimum homo continet. Vnde uenæ excrementis per ora eodem tendentia nimiũ replete profundere inde coguntur. Sãguis enim uicia-

tus quiſq; integro tenuior redditur. Talis aũt eſt qui ſe cerebri excrementis miſcuerit. Et quaſi in ſanien degenerat.

Cur alia ex animãtibus ſub cutem: alia intra carnem, alia utroq; modo pingueſcere conſueuerunt an quibus denſa eſt caro his inter cuten & carnem humor ꝑtenuis cogitur ꝙ is ſemper ſua natura eminet atq; reſidet qui tandem concoctus pingue effici ſolet. Quæ auté carne ſunt rariore cutéq; gerunt obuiam hæc opima intra carnem redduntur. Quæ uero utroq; modo ſe habent, utroque etiam pingueſcunt;

Cur uitiliginem pueri; mulieresq; minus habent quam uiri. Et in eoipſo fœminino ſexu quæ proue ctæ ætate ſunt magis habent quã minores. an ꝙ uitiligo exitus ſpiritus eſt corpora auté puerorũ contextu denſo non facili expiratu conſtãt & mulierum minus expirant ꝙ̃ uirorũ. Spiritus nãq; in menſtrua ſe auertit fœmine denſitaté uero leuitas eiuſdem ſatis declarat. Quæ auté corpora ætate proceſſerint aut conſenuerint reſpirantiora euadunt. hæc enim modo ædificii ueteris ſtructuram ſuarum partium laxiorem iam habent.

Cũr homo tantum habeat uitiliginem. Vtrum ꝙ tenuiſſimã is ex omnibus animblibus cuté habet ſimulq; flatibus redundat. indicium uero ꝙ uitiligo partibus tenuiſſima cute obtectis maxime pri mumq; exiſtit. an & his ipſis de cauſis & præterea ꝙ homo unus ex omninm animantium numero caneſcit. Quippe cum in uitiligine pili canicie immutetur itaq; fieri non poteſt ut uitiliginem ha beant quæ unnquam caneſcere ſoleant.

Cur capris & ouibus lac plurimum demulgetur quæ corpore non maximo ſunt homini auté & bo ui minus: ſcilicet ad corporis ꝓportionem. Vtrum ꝙ his copia in corpus abſumitur. cæteris in ex crementum ſe confert. ouibus autem & capris ꝙ̃tum excreméti acceſſerit oé ĩ lac tranſit. an ꝙ plu ra gignunt ꝙ̃ quæ magno ſunt corpore itaq; plus atrahunt excrementi quoniam plura alendum ſit. An his grauidis plus excrementi propter corporis imbecillitatem redundat. Lac autem excre mento conſiſtere certum eſt.

Cũr animantium alia cum aquam mutarint colorem ſuũ amittũt ſimilia quæ loei illius domeſticis redduntur ut capræ alia uero nunquam amittunt ut homo ad ſummam cur alia non ut coruus. q ſemper inconmutabilis perſiſtit an quorum natura uincere perdomareq; humorem non poteſt ut auium quæ ueſicam quoque nullã ob eã rem obtinét hæc nuſquã mutari poſſũnt.

Sed cur non illa eadem ſed quæ nata ex his ſunt hæc mutentur. an quod recens nata ſuis parentibus ſunt infirmiora.

Cur mares corpore maiori ex toto pene ſunt ꝙ̃ fœmine. utrum ꝙ mares calidiores fœminis ſunt ꝙ̃ res uim obtinet augendi an quod mares prediti natura integr aſunt. fœmine manca obleſaque de ſciſcunt an quod mares longo temporis ſpacio perficiuntur fœmine breui.

Cur in animantinm genere alia breui tempore pariunt alia diu geſtant. an longius perfici ſolent qbꝰ longiora ſunt uitæ ſpacia. Sunt autem partu tardiora quæ longo tempore uiuunt: Sed non uniuer ſaliter ideſt. Equus eni ut tardius maxime quã homo parit: ſic uiuere minus poteſt. Cuius rei cau ſam uuluæ ſiue uteri duricies habet. Quomodo enim ager ſitiens. haud cito ſuas ſtirpes enutrit ſic durior uulua equarum in formando nutricandoq; ſuo fœtu remoratur.

Cur proles ceterorum animantium magiſquã hominis ſuis parentibus ſimilem gerit naturã an ꝙ ho mo uago uarioq; plurimum animo in coitu eſt prout auté pater materq; in cõceptu affecti fuerũt ita partus euariant. Cætera uero animantia omnia aut certe plurima rei tantum ipſi intendunt: to taq; ſeſe ueneri dedũt. Adde quod ob eã auiditatem minime repleri magna ex parte patiuntur.

Cũr albi tam homines quã equi oculis magna exparte ceſis ſunt. an cum oculi quoq; color conſe quitur itaq; haud immerito ceſius eſt.

Cur homines uaria ſtatura proueniunt. Vel potius querendũ in uniuerſum cur in animantiũ gene re alia paruo alia magno conſiſtant corpore cauſa duplex ſane reddi poteſt. aut enim locus aut alimentum id facit Locus ſi anguſtus eſt alimentum ſi exiguum quod etiã partu iã edito nonulli efficere conantur. ut qui catellos in caueolis occluſos educãt. Quibus itaq; cauſæ locus eſt hi po miliones redduntur. Sunt enim latitudine quidé ꝓfunditateq; pro magnitudine ſuorum parentũ breues tamen oĩno. Cnius rei cauſa eſt quod recte liuæ in aduncas ſe flectunt. igitur quomodo ta bernarum picturæ: quãuis breues tamen diſtente in lattiudinem profunditatemq; cernuntur ita po miliones quoq; formari ex loci anguſtia incidit. At uero qui ob alimenti inopiam perfici non po tuerint. hos membris quoque puerilibus conſtare uidemus. Fitq; ut aliqui quãuis breues admodũ ſunt modice tamen coagmentatas omnes ſui corporis partes habeaut. Mellitenſes catelli. Ratio enim quod non ut locus. ſic natura ſuum efficere opus ſoleat.

Cur in animantium genere alia maris ac fœmine coitu creantur. alia concretis quibuſdã proueniũt ſimiliter atq; primus eornm ortus extiterit queádmodum qui de natura docent. primum animan tium ortum mutatione dimotioneq; mundi uniuerſiq; orbis ingente diſſerunt extitiſſe. Et ꝙ nũc

ſi rurſum ortus eiuſmodi futurus ſit tales motiones aliquas ꝓceſſiſſe oportebit. Principium enim rei cuiuſq; maximum eſt. Quippe quod rei dimidium ſit. Semen aūt genitale principiū eſſe certū ē Ergo minutorū animalium quorumq; ortus nullo agi mutuo cōcubitu ſolet cā cur ut ꝓncipio extiterunt creari nūc etiam poſſint ſeminis exiguitas eſt. Rei namq; minoris minus quoq; principium eſſe conuenit. Quamobrem huius etiam ſeculi mutationes ſemē animātiū minutorū generi ſatis cō trahere poſſunt quod ſæpius uſu euenit. Tū enim maxime oriūtur cōmutationes tēpoꝝ ĩceſſerunt. Maiorum aūt genus mutationē quoq; pro ſui magnitudine deſiderat ampliorem.

Cur animātiū alia partu ſūt numeroſo. ut ſus: canis: lepus. Alia nō ut homo. ut leo. An ꝙ alia uuluas ſiue uteros cōtinēt multos totidemq; formandi loculamēta quibus impleri percupiūt quibuſq; ſemen genitale diuidēdum inſerēdumq; eſt. Alia contra ſe habent.

Cur homo inter animantes oculorum minimum pro ſua magnitudine habet interuallū. An ꝙ oīum maxime naturali ſolertia homo conſtat. Senſus autem contuēdi partem uerſus priorē natura poſuit: id enim conſpicere oportet in qđ nos ducit ratio mouendi. Quāto aūt oculorum plus diſcriminis ſit: tanto magis cōſpectus urget in latus. Qui ſi ſecundū naturā ſedē debeāt obtinere q̃ minimū eſſe interuallū certe oportet. Sic enim partē uerſus priorē ingredi maxime poſſumus. Ad hæc cæteris animantibus cū careāt manibus deſpiciāt prorſus in latera neceſſe eſt itaq; plus eorū oculi diſtāt inter ſeſe. & maxime ouium eo ꝙ maxime ꝓno capite ĩ grediuntur.

Cur cæteris animantibus parti nunquā pfuſio ſeminis per ſonnū incidere aſſolet parti raro. Vtrum ꝙ nullum homine excepto reſupinū cubare cōſueuit. Nullū autē niſi reſupinum ſemen profūdere poteſt. An ꝙ cætera non pariter ut homines ſemināt. Seminis autē per quietem illa profuſio nō niſi cum imaginatione fieri poteſt.

Cur animalium alia caput moueant alia non moueant. An ꝙ quæ collo carent ea caput mouere nequeunt. Nonnulla autem cadent collo.

Cur in animātiū genere homo ſternutare maxime ſolet: Vtrū ꝙ meatus obtinet. ampliores per quos ſpiritus odorq; ſubeunt. Quo nāq; arctiores meatus ſunt: eo magis uim obtinent obfaciēdi. quod ſi in ampliores plus humoris ingreditur. quo infleto ſtermutamentum fieri ſolet. Talis autem genus hominum omnium maxime animantium obtinet. merito homo ſolus ſternuere ſæpiſſime cōſueuit. An quod homo breuiſſimis naribus eſt ita ut humor concalefactus celeritet commutari in ſpiritum poſſit cū cæteris refrigeſcat prelongitudine priuſq̃ mutetur.

Cur nullus animalis lingua eſt pinguis. an qm̄ pingue unū quodq; dēſum eſt lingua autem rara ſua natura propterea eſt ut percipere poſſit genera ſaporum.

Cur fœninæ intēto corpore mingūt mares minime. an ꝙ fœminarū ueſica remotius tū ꝓfūditate tū lōgitudine ſita eſt iacet enī uulua earū iterius ſedē atq; ueſicā. itaq; humor emittēdus uī ꝓpter ſpacium uuluæ deſiderat pleniorē quæ per ſpiritū corpore intēto acquiritur.

Cur ſues hibernum pilum amittere non ſolēt cū ceteræ q̃drupedes ſoleāt. nā & canes & boues certe amittere aſſolēt. an ꝙ ſus calidiſſimus omniū eſt partiq; calenti corporis eius pili adhærent quippe cū pingue talis eſſe neceſſe ſit cæteris itaq; uel quia humor refrigeſcit pili defluunt. Vel quia ſuus calor alimentū concoquere non pōt. Suibus uero non idem incidit uel quia nihil humor interior affici pōt. uel quia bene alimentū cōcoquitur. Nā & ſi quando cauſa cur defluant ſit pinguitudo tamē uetare poteſt. Oues ac homines propter ſui pili tum denſitatē tum copiam non ita affici pulſu frigoris poſſunt. Non enim altius refrigerationi ſubire licet ut poſſit uel humorem gelate: uel calorem concoquendo ſeuocare.

Cur ouibus expilatis mollior pilis ſubnaſcitur homini durior. An ꝙ ouiū pili ſummæ cuti cohærēt euelliq; ob eam rē ſine ullo poſſunt labore cū initium alimenti intregū maneant quod carni iunctum eſt. Meatibus itaq; patefactis excremēta reſpirare melius poſſūt uellus enī ꝓprio carnis ueſcitur alimēto. Caro aūt molli dulciq; alitur pabulo. Hominū cōtra ꝙ altius pili inhærēt. per uim ſūmoq; cum dolore euellūtur. Conſtat id quandoquidem ſanguinem ſecum dettahunt. Corpore igitur ſaucio euenit ut tandem cicatrix obducatur. Vnde fit ut uel finem pili amplius promendi faciant qui euulſi fuerint. uel quādiu præterea promere poſſint duri extrudantur eo quod omne ualēs alimentum carnis exhauſtum eſt: nec niſi materia inutili & ſuperuacua pilus prouenit. indicium quod hominum omnium plagam inhabitantium meridianam pili duriciem præ ſe ferunt. quoniam calor exterior altius corpus ſubiens alimentū concoctu facilis abſumat in uaporem. Contra eorum qui ſub aquilonem incolūt molles laſciuiq; fundūtur quod his ſanguis dulciſq; ſapor per ſūmam potius fluitat formam: q̃obrem his color quoq; hilarior eſt.

Cur ouiū pili eo duriores ſunt quo prolixiores hominum contra molliores quo prolixiores. An ꝙ ouium pili qui quale diximus capiunt alimentum ubi procul ſe ab ſuo. deduxerunt initio ieiunius ueſcuntur. Et alimentum quod ineſt ui caloris facile pro ſua inconcoctione euaporatur. itaque ſiccitati duriores redduntur. molle nāque quod humidum eſt. hominum uero pili minus

q̄ alimēti q̄ ſuo initio hauriūt ſed conquoquit̄ plenius qm̄ minus eſt cōcoctū autē pilū efficit mol liorē.cōcocta enī quæq; molliora in cōcoctis reddunt̄.indiciū q; oues recentes uellera molliora gerunt qui uetulis copia nāq; excrementi pilū & ouis & hominis procreat.

Cur hirci hoïes & aues ueneris ſunt auidiores. An q; natura humida & calidaiſunt qua quidē utraq; qualitate opus ad coitū eſt. Calor enī excernit humor excernitur. hæc eadē ratio ē cur etiā claudi homines ſint ſalaciores. his enī ut parū alimēti deorſum ꝑpter cruriū uiciationē labitur. ſic mulrum loca petit ſuperiora ſeq; in ſæmē cōuertit.

Cur homini nulla iuba data a natura eſt. An quoniā barba data eſt. Ergo quod excrementiciū alimētum cæteris animantibus in ceruicen ſe confert:id homini maxillas adire ſolitum eſt.

Cur pedes animalia pares habeāt. An q; fieri non poteſt ut aliquid moueatur:niſi parte aliqua ſui cōſiſtat:dūmodo non proſileat. cum igitur ex duodus illis motu & ſtatu cōfici ingreſſum neceſſe ſit. paritatis iam inde ratio patet:bipes enim altero pede mouetur:altero ſtat. Et quadrupedes quoq; cū duobus mouet̄. reliquis duobus innitit̄. Pariq; modo de cæteris quæ uel ſenis uel etiā numero ſioribus pedibus ingrediūtur animaduertere licet.

Cur equis & aſinis pili e cicatrice ꝓmere ſeſe poſſunt:hoïbus aūt nō poſſunt. An q; cæteris animalibus tergus pars per ſe corpis eſt hoïs aūt cutis ueluti affectus carnis exultat. Quippe quæ ſūma illius forma refrigēte ſolidiuſcula exiſtere uideat̄:quēadmodū cruſtæ in pulte ſupducunt̄:quas uetulas appellamus. cū itaq; illæ nō niſi farina elixa ſint. hoïs quoq; cutis noïata nō niſi caro putanda eſt. ubi igit̄ hæc uel uulnus acceperit:uel attrita fuerit. incidit ut hoïs quidē caro condenſetur. Quāobrē ſūma corpis parte īmutata uulnus nō eādē cōpagē capit:qua corpus iam inde ab ortu naturæ extitit. cū itaq; hæc īmutata ſit nihil ꝑfecto abſurdū fuerit ſi ex ea nō idem ꝑterea ꝑficiſcat̄. Sicut in aeris quoq; appellatis licet ꝑcipe. Nā illas etiā corporis ſūmi corruptionē īmutationēq; corruptionēq; eē nouimus. At iumētis attritis ubi ad ſanitatē redierūt partes:uiciatæ corporibus denuo eiſdē replētur. Quapropter debilioribus quā principio fuerint. Sed cū etiā cutis eoꝝ pars ſit cōfici pili ꝓuenireq; poſſunt. Cute nāq; pilos enaſci certū eſt. Sed cādidi ꝑpterea oriuntur: qm̄ ut ſecūda hæc cutis imbecillior q̄ prima eſt:ſic pilus cādidus ille ībecilimus exit.

Cur in aïaliū cæteroꝝ genere ſeruari æque gemini poſſunt q̄q̄ ſexus ſunt utriuſq;. iu hominū autē non poſſunt:An q; homini maxime partus geminatio cōtra ſuæ uetutæ legē accidit:ſingulos enī parere ſancitū eſt. tū in geminis ipſis marē ac fœminā creari natura oïno recuſat. Ergo quod maxime contra naturā eſt id & imbecillimū eſſe ratio poſtulat.

Cur equis & aſinis pili e cicatricibus poſſunt euenire. hoïbus aūt nō poſſunt. An q; cicatrix uel ſuā ob denſitatē īpedimento eſt. Vel quia deprauat nutrimētū hoïbus itaq; ex toto ꝑpter pili īfirmitatē īpedimēto ē:eq̄s āt ne pili exeant nunq̄ eſt:ſed deprauat facitq; ne prior integritas ſeruetur.

Cur pares pedes naturā aïantibus dedit. An cuiq; cū mouetur partē aliquā requieſcere neceſſe eſt. Quod ſi pedes īpares eſſent ne hoc fieri poſſet accideret. Agitur enī motus ſitu obuerſatio pedū.

Cur aïalia ut minus tpis dormiunt q̄ uigilent ſic nō cōtinue ſed uiciſſim modo uigilādo:modo dormiendo ſōnū ſuū ꝑficiūt. An q; nō ſimul oïs uacās materia coquit̄. ſed ubi pars aliqua eſt cōcocta leuatū iā aïal expgiſcit̄. Et uero ſæpius illi expgiſcuut̄ quibus ea pas frigida eſt quæ excremētum domat & cōcoquit. Fit enī ut celeriter ſæpeq; ceſſet̄. Ceſſatio aurē nō niſi expergefactio eſt. Suauis qnoq; res ipſa:qm̄ requies eſt nō īmerito eſſe uidet̄. Sed nihil quidē plus tēporis īmunere naturaliū actionū cōſumimus:nam & ſi eſſe ſuauis eſt q̄ nō eſſe:non tamen plus tēporis propterea edimus quā a cibo abſtinemus.

Cur animātium alia ſtatī parentes ſectant̄ alia ſero:ut homo uel uix nunquam. An q; alia cito uim recipiūt cognoſcēdi:alia ſero & alia rei ſibi cōmode ſenſum obtinēt alia carēt quæ igit̄ hæc ambo ſenſum dico rei cōmode:ſuiq; corporis ꝑfectionē ſortiuntur. hæc parentē ſectari ꝑtinus queunt. Quæ nō utrūq; illoꝝ habeāt hæc id facere ipſum nequeūt. opus enī eſt & uiribus & ſenſu.

Cur genus uitiliginis quod leuca appellat̄ quaſi albā dixeris cæteris aïalibus cōtrahi nequeat. Vtꝝ q; hoïbus morbo hæc eſt:cæteris aūt aïalibus tergora uaria piliq; eodē modo albedine efficiūtur. Attamē ambiget aliquis queretq;. Cur nō poſtea:ſed ſtatim ab ortu naturæ uarietas illa exiſtere ſoleat. An q; cæteroꝝ animātiū tergora dura ſunt. homo aūt e natura præ tenui cute cōtinetur. Vitiligo autē ſpūs ſecretio eſt. Qui cæteris animātibus externi tergore denſo prohibetur.

Cur ubi uitiligo canicies quoq; eſt reciprocari aūt non licet:ut ſemp ubi canicies ſit etiam uitiligo. An q; pili oēs cute ꝓueniūt canicies aūt putredo ueluti quædā eſt. Cū itaq; cutis morbo laborat pilū etia laborare inde neceſſe eſt. cum autē pilus cutē male affici neceſſe non eſt.

Cur animantiū alia poſt partū ſæuire ſolent ut canis:ut ſus:alia nihil efferantur quod peſpicuū ſit ut mulier:ut ouis. An quæ ſupuacua redundāt materie hæc ſuā clementiā ſeruāt. quātū enim dolori eſſet ſecretū in partu eſt. Quibus autē ſecretio non a uacantibus ſed integris fieri materiis ſolet. hæc exaſperantur & ſæuiunt. Vnde fit ut extenuatio quoq; irā ratione habitus moueat:ut et

gallinæ furiunt non cum peperint: ſed cum incũbunt ratione inædiæ.

Cur ſpadonibus cætera in ſexũ fœmineũ uiciatá mutãtur. Vox ení tenuis: corpus imbecillum de niq; ita hoies cõmutant: ut etiã cæteroꝝ animátiũ quæcũq; caſtrata. Nã & thauri & uerueces ſua cornua ecõtrario gerunt quod fœmine quoq; eorũ contra quam mares armantur cornibus. Itaq; alii maiora exciſi gerũt: alii minora. Magnitudo uero tantúmodo ſpadonibus dico ad ſexũ uirilẽ cõmutatur. maiores nãq; redduntur quæ quidem res maris ſua ꝓfecto eſt. Quippe cum fœminæ minores maioribus eſſe ſoleãt. An ne id quidã ad marẽ ſed ad fœminã ptinet. Haud eni omne magnitudinis genus: ſed longitudinis dũtaxat acquiritur. cũ mas ꝓfunditate etiã augeat & latitudine. ſic enim pſici ipſe aſſolet: ad hæc ut fœmina ad marẽ ſic fœminæ ipſius uirgo ſe habet ad mulierẽ. altera enim generoſa iam eſt: altera nondũ eſt. In eam igitur ipſam fœminæ magnitudinem mutãtur: creſcere nãq; in longitudinem corpus aſſolet fœminarum. Vnde carmen illud Homeri. Virgo diana dedit pro longi corporis uſum: utpote cũ rem quã ſuam ob uirginitatẽ haberet largiri nimirũ poſſet. ergo non magnitudine in marem mutatur cũ non in magnitudinis genus perfecte cõmutet. Spadones enim lõgitudine tantũ in magnitudine proficiunt.

Cur ſpadones uel omnino uaricibus uacant: uel minus habẽt q̃ cæteri. An quoniã naturã ſuã dum caſtrarẽtur in genus ſeminis in fœcũdum cõmutarint. Talis autem eſt puer & mulier: quoꝝ neutrum habere uarices ſolitum eſt ꝑterq̃ ſimiliter raro.

Cur homo omniũ maxime animãtium oriri claudus poteſt. Vtrum ꝙ cæterorum crura robuſtiora ſunt oſſe nãq; & neruo tam quadrupedum q̃ auium cõſtat hominũ carne redundant. Itaq; facilius hæc ob ſuam mollicié lædi poſſunt: cum ſe in utero mouent. An ꝙ ſolus ex omniũ animãtiũ genere uaria generationis tempora obtinet. Nam & ſeptimo & octauo & decimo mẽſe uenire in lucem poteſt. Cæteris tempus unum perficiẽdi ſine mora ſtatutũ eſt. hominum generi tẽporis multum pro uaria ratione ĩmorandi conſumi neceſſe eſt. Itaq; cum fœtus mouẽtur extrema ꝙ tenerrima ſunt facile infringũtur: & eo magis quo plus temporis interceſſit.

Cur ſpadones cruribus putridis ulceroſiſq; ſunt. Vtrũ ꝙ etiam mulieres crura habẽt eiuſmodi. Spadones autem effœminati oĩno ſunt. An hoc accidit. cauſam autẽ mulieribus quoq; reddere illam debeamus ꝙ calor deorſum ſe uertit quod etiam mẽſtrua declarant. Vnde fit etiam ut præ nimio humore neq; ſpadones neque mulieres pilis ualeant redũdare.

Cur nullum animal niſi homo calculoſum fieri poteſt. An ꝙ iumẽta & quæ unguibus ſunt numeſis ueſice meatus obtinẽt ampliores. Quæ autẽ nõ ꝓtinus ſed poſt parere intra ſe animal conſueuerunt ut piſces nõnulli ex his nullũ ueſicam habere nouimus. Sed humor ſubſidens ille totus in aluum cõſtringitur: ſicut etiã in auibus fit. Itaq; celeriter exit per fedẽ. At homo ueſicã habet: & ceruicẽ eius canali anguſto pro magnitudie porrectã. ergo ꝙ membrũ id adeſt q̃tum terreni humoris ſeuocatur in ueſicam contrudit: ex quo uaſa quoq; urinaria ideſt matula eoipſo tingũtur. Loci ãt calore efficitur ut amplius concreſcere atq; craſſeſcere poſſit. Retinetur uero augeturq; ꝓpter canalis anguſtiam. Cum enim terrena illa ſubſidentia prodire ex facili nequeãt reuerſa cohærent inter ſeſe calculũq; ita conficiunt.

Cur non iumenta: non boues aut oĩno quæ cornua gerunt non aues ructare ſoleant. An ꝓpter uentris ſiccitatẽ. Celeriter enim cõſumitur pcolaturq; humor qui dum ĩmoratur inflaturq; ructationem mouere poteſt. Iumẽtis tamẽ ob colli etiã prolixitate flatus deorſum ſe uertit. quáobrem his crepitus uẽtris maxime incitatur. Auiũ cornigerorũq; genera neutrum faciunt. Quinetiam ruminãtibus ructate negatum eſt: quoniã plures continent uẽtres: & quem reticolũ appellamus. facultas etenim meãdi tam ſuper q̃ ſubter flatibus multifariã pſtat. Itaq; humor conſumitur anteq̃ inflatum uertatur qui flatus moueat uel ructũ uel crepitũ.

Cur inaiantiũ genere quæcũq; domeſtica eadẽ etiã fera repimus. Quæcũq; autẽ fera nõ utiq; eadẽ domeſtica natura creauit. Eteni hoies fieri nõnuſq̃ cernunt. Et canes apud indos & equi alibi. ſed non leones: nõ pãtheras: nõ uiperas. nõ alia complura domeſtica eſſe nouimus. An ꝙ res praua & facilis ortu eſt: & mutari quodq; expedite in eã poteſt. Naturã eni quæ nõ prima: ſed quæ ultima eſt aſſequi ſtatim perdifficilis eſt. Quapropter omnia etiã domeſtica principio fera potiuſq̃ domeſtica eſſe ſolent: ut puer feratior profecto q̃ uir quippe qui oĩum edax & iræ deditus ſit: q̃q̃ infirmus ergo quõ in operibus artis: ſic etiã in naturæ licet pſpicere. Nam in his quoq; praue omnia facta ſunt & plura ſunt praua q̃ ꝓba ut lectus: ueſtis. quoduis aliud: quodq; probum eſt. id omne prauum etiam coperiri poteſt: quod autẽ prauũ id non omne probũ quoq; reperies: ut ſiquis ue tuſtiſſimorum pictorum fictorũq; opera cogitet. Nondum enim perite pingebatur: aut ex ære du cebatur ſed pingui minerua omnia effigiabantur. Natura etiam praue omnia facit & plura praua quam proba: probe uero pauciora præſtare nõ omnia poteſt. At qui domeſticum omne melius eſt. Ferum autem atque ſilueſtre prauum natura ſcilicet non quæ initia: ortuſque continet. Sed cui opinor factu facile ſit probum illud urbanum atq; domeſticum. Contrariũ uero aut nũ

quã aut raro efficiatur. Attamen uel temporũ locorumq; conditione temperamentoque uniuerſi quodam fieri poteſt: ut urbana & mitia reddantur omniũ animaliũ genera. hoc idem in omni etiã ſtirpiũ genere intelligere licet quæcũq; enim urbana ſunt eadẽ etiam comperiri ſilueſtria poſſunt At quæ ſilueſtria extitere eadem oĩa mãſueſcere non poſſunt: nõ tamen deſũt quæ ſuis locis qbuſdam peculiariter ita ſe habeant: ut neglecta feraq; prouenire pſtantiora poſſint & mitiora quam quæ alibi ſũmo cũ ſtudio colantur.

Cur hoĩum umbilici ampliores cæterorũ aũt animantiũ exigui ĩcertiq; fiunt. an cæteris quoniã tẽporis multũ geſtentur umbilicus areſcit. inque directum porrigitur denique ulceribus intumeſcit. Quamobrem nõnulli umbilici deformes ſunt. at uero homo imperfectus prodit. Itaque humidus atque ſanguinolentis ſequitur eius umbilicus. Indiciũ cætera perfecta hominem inperfectum prodire quod illa ſtatim inde ab ortu naturæ uiuere ſua opera queunt pueri curam deſiderant. Nec ſeruari niſi alieno beneficio poſſunt.

Cur animantium alia ſemel coeunt: alia ſæpe & alia anni tpe certo: alia nullo ſtatuo tempore ſed ,p, ut inciderit homini ſemper concubitus oportunus eſt: feris non ſæpe. Et quidem ſues agreſtes ſemel concũbunt. Domeſtici ſæpe. An propter pabulum calorem atq; laborem: quippe cũ uenus comes ſacietatis ſit. nã eadem alibi ſepius pariun ut oues in magneſia & africa pariũt bis. Cauſam uero tempus pariendi prolixius obtinet. Vbi enim ſe ĩpleuerunt non amplius concupiſcunt quo nec cibum affectant quæ ſaciata ſunt. Quæ autem grauida iã eſſe incœperint minus auida ueneris euadunt quoniam menſtrue purgationes nulla pterea ueniant.

Cur hoĩes qui raris dentibus ſunt magna exparte breuioris ſunt uitæ. An indicium hoc eſt denſum os eſſe capitis ergo cerebrum inualidum eſt. Quia minus ſit reſpirationibus oportunum itaq; celeriter putet: ut quod ſua natura humidum ſit. Nam & cæteta cum non mouentur: neq; exhalant facile corrumpuntur: quo etiam fit ut homo capite piloſo maxime ſit & mas quam fœmina diutius uiuit ſuturarum ſui capitis bñficio. An in cæteris quoq; idem ſit cogitãdum.

Cur qui manus cæſuram per totã obtinent palmã uiuere diutius poſſint. An qm̃ minus uiuere poſſunt quæ carent aeticulis ĩcompactaq; ſũt quale genus omne aquatile eſt. Quod ſi quæ articulata non ſũt uitã breuiorẽ agere ſolent: cõſtat cõtra ſeſe habere quæ articulata exiſtunt. Cuius profecto generis illa etiã ſũt quæ cũ ſua natura omni articulo careant. tamen articulata nõnũquã quo ad maxime licet cõſiſtũt. Manus aũt pars iterior penitus articulo uacat.

Cur aĩantiũ uni uel homini uel maxime oculi deprauantur. An ꝙ homo uel ſolus uel maxĩe morbo comitiali capi. in puerili ætate ſolet cũ certe daprauari oĩbus accidit.

Cur aĩantium homo maxime fumo affici poteſt. An ꝙ homo lachrymã maxime emittit. Fumatio autẽ non niſi cũ lachryma eſt.

Cur equus equo: homo homini: atq; oĩno cognata cognatis: ſibiq; ſimilibus gaudent atq; cupiunt Non enĩ quia pulchrũ uidetur. Cupiditas aũt formam ſequitur elegantiorem. Nam ſi id eſſet rem pulchram ſuauiorem eſſe oporteret. nunc autẽ contra potius euenit. ut quia iocundum ſuaueq; eſt: ideo pulchrũ eſſe uideatur. nec omnibus res eadem uoluptati eſt: nec pulchrum idem lætitiæ aliis enim eſſe aut bibere aliis concũbere lætabilius eſt. Sed cauſa cur unum quodq; iuſtum ſuo cognato maxime ſuauiſſimeq; concũbat in alium cadit queſtionem. Pulcherrimum uero id etiam eſſe nondum aſſeri uere poteſt. ſed nobis quod ad concumbẽdum ſuauius eſt pulchrum certe uidetur. Quoniam rei quam cupimus aſpectu quoq; nimirum delectemur. Et quidẽ in cæteris etiam cupiendi generibus res pariter ſeſe habet. Cum enim ſiti detinemur: humorem ſuauius cernimus. Quod itaq; ad uſum aliquem pulchrum eſt & quod idem maxime cupete ſolemus: ſuauiſſimum id eſſe ipſum uidetur. Quod autem per ſe tale eſt non præterea ſic eſſe uidebitur. Argumentum ꝙ adoleſcentuli plæriq; formoſi aptiq; nobis eſſe uidebuntur cum ad concumbendi uſum reſpexerimus. Nunquid igitur ita ut etiam plus geſtiamus quam ſi deformes quoſdam intueamur. Non hercle niſi eorum auidi ſumus quomodo potio quoq; uidetur pulchrior. Nam ſi ſiti detinemur humorem multo ſuauius aſpiciemus.

Cur hominis prior pars piloſior quã poſterior eſt. quadrupedũ contra poſterior quam prior ſætoſior. An ꝙ omne animal bipes partem priorem habet piloſiorem. Nam aues quoque eodem modo quo homines ſe habent an partes infirmiores natura ſemper integere potius cõſueuit infirmum autem unũquodq; loco ſui corporis aliquo eſt. Quadrupedũ uero omnium partes poſteriores infirmiores loci cauſa ſunt quam priores. affici nanq; a frigore æſtuq; amplius poſſunt. hominum priores infirmiores ſunt: incommodiſq; illis eiſdem oportuniores.

Cur animantium homo maxime ſoleat ſternutare. An quod etiam grauedĩe maxime hõ temptatur Cuius rei cauſa eſt quod calor qui circa cor eſt ſurſumq; ſua natura effertur: cæteris animantibus in armos ſe effert. Vnde per refractionem diſiectus: partim ceruicem caputque petit partim in ſpinam lumboſq; defertur. Hæc enim linea recta: iuxtaq; baſim ſita oĩa ſunt. Quod cum æque cor

pus pœne totum recaleſcat:humores quoq; in ſeſe pariter digerit:planeq; patitur.humores enim calorem ſequntur.Ex qno fit ut neque a grauedine admodũ infeſtari:neq; ſternutare quadrupedes ſoleant.Sternutamentum enĩ uel ſpititus uniuerſi delatio eſt:humore ſcilicet plus aliquid exhalan te uel crudi humoris conatus excurſuſq;.Quocirca deſtilationes ſolet precedere quæ quidem ani mantibus cæteris minime incidunt.eo q calois illa delatio ante retroq; portionibus æquis ſe dige rit.Homini uero q erecta baſi ſe in ſublime modo ſtirpiũ attollit:euenit ut caloris elatio plurima & uæhemenriſſima caput adeat. elatuſq; eo calor meatus concaleſacitq; capitis qui tales demum effecti nimirum capacioreshumorum quã meatus cordis inferiores redduntur.Quotiens ıtaque accidit:ut caput humeſcat refrigereturq;.extrinſecusamplius quã ſatis ſit efficitur ut calor qui & alimentũ habet:& ſe in partem interiorẽ conttahit nimirũ creſcat creſcens ſeſe incapur meatuſq; capitis efferat quo humores prætenues crudiq; ſectantes implent meatus deſtillationeſq; faciunt & ſternutamẽta ratione ſimili mouent.Nã inter initia deſtillandi calor humorẽ ſurſum precedens inflanſq; meatus:ſternutamenta expulſu ſpiritus ductuq; humoris tenuis acriſq; incitat.Vnde fit ut poſt.grauedinis ſternutamentũ pituitã aquæ ſimilẽ abſtergamus hæc cũ omnia ſeſe mouerint humores coacti craſſique ſubſidunt:& foramina capitis naſique interſepiunt.Facta enĩ tumidiora diſtentioraque caput dolore infeſtant.Argumentũ q nullus per eas ſpiritus foras mittitur ex quo ſequitur ut neque ſternuere neque olfacere poſſint qui grauedine detinentur.Sternutamenta autẽ quæ ſine grauedine mouentur:has quidem eaſdem ob cauſas ueniunt:ſed exiguis leuibuſq; initiis itaq; ubi ui caloris collecti humores ſunt:facile ab eodem calore pro ſua exiguitate ſpiraſcentes in nares interrumpũt.Strepitũ uero ſpiritus nõ minus uiolentia ſeſe efferẽdi quã ſua copia mouet. Cũ enim calor directo tramite ſe ad cerebrum uſque extulerit eiq; ipſi impegerit ad nares reflecti tur eo qm meatns illac foras de cerebro pertendãt.Quod cum illa foras reflectẽdi delatio ſpiritus nares uerſus cõtra naturã agatur uæhemens ut fiat nimirũ euenit itaq; ſtrepitum mouet.Cætero rum autem animantiũ aues maxime grauidinẽ ſentiunt q formam corporis maxime ſimilem hoĩ nibus gerunt uetum minus q̃ homines afficiantur.qm caput magna exparre deorſũ tenent ut que uictũ abs terra petere ſoleant.

Cur maris animalia maiora uegetioraq; ſunt q̃ terræ.An q uis ſolis conſumendo quæ terrã ambi unt copiam detrahit nutrimenti qnamobrẽ quæ abdita uitam agunt uegetiora ſunt his igiur om nibus incommodis cum genus maritimum ſit inmune.merito tũm adoleſcere poteſt corpore ampliori & uegetiori.

Cur cætera aĩalia cibum ſepius ſiccũ q̃ humidũ capiãt:hõ humidũ ſæpius q̃ ſiccum.An quod homo natura calidiſſima eſt:plus refrigerationis deſiderat.

Cur ſpadones calui effici nequeãt.An eo q multũ cerebri obtinent:quod ſane his cõtingit:qa rẽ ue nereã nõ agũt. ſemẽ enĩ labi p ſpinã e cerebro uidet.qua de cauſa boues quoq; caſtrati cornua ge rere maiora putamus nec nõ & mulieres & pueri:cur calui nõ ſint eadẽ rõ eſſe creditur.

Cur animãtium alia ubi primũ in lucem edita ſunt:nutriri per ſeipſa poſſint.alia nequeãt.An ea poſſunt quæ in genere quod memoriæ capax eſt breuius uiuunt.Quocirca ocius quoq; morte eadem omnia occumbunt.

Cur hõ plus excrementi humidi egerit q̃ ſicci:equi & aſini plus ſicci q̃ humidi.An q hæc aĩantium genera ſicco pabulo largiori utuntur:homo humidis magis q̃ aridis ueſci ſolet. Ex cibo autẽ om ne proficitur excrementũ.& ex copioſiori copioſius.Igit alia humido potius alia ſicco largior utũ tur pabulo.qm alia ſicca natura ſũt alia humida.Itaq; humidũ potius capiunt quæ ſicca cõſtant natura.Huius nãque ſunt indigentia.cõtra ſiccũ affectãt quæ humida ſunt natura:utpote quæ qua litatis eius inopiam magis teneãtur.

Cur aues & hoĩes & genus quodq; animantiũ forte corpore ſunt duriori.An q animoſitas cũ calo re eſt. metus enĩ refrigeratio eſt.Quorũ igitur ſanguis amplius feruet hæc & robuſtiora & animo ſiora ſunt.Sãhuis autem alimento corporibus eſt. Et quæcũque uero ex ſtirpibus terræ aqua te pida irrigaueris:omni diriora euadant.

Cur monſtra paruæ quadrupedes pariunt:homo autẽ grandeſque animantes omnes minus ut equi & aſini an q paruæ ut canes:ſues:capræ:oues:longe ſũt fœcũdiores q̃ grãdes.Illarum enim aliæ oĩ no ſingulos pariũt:aliæ magna ex parte.Mõſtra aũt tũ cõfici ſolent cũ plura ſemina inter ſeſe co hæreſcunt: cõfundũturq;:uel cũ prodeũt ex mare:uel cũ ſe in fœmina permiſcent.Vnde aues etiã mõſtra edere poſſunt.Oua nãq; uitello pariũt geminato.Monſtrum aũt ex geminatis illis cõſiſtit quoꝝ uitelli nulla interiecta membrana diſtinguuntur.

Cur hoĩum caput piloſius q̃ reliquũ corpus nec ex ꝓportione piloſum eſt. Cæteaoꝝ autẽ contra. an cætera uel in dẽtes exuperãt præ nimia alimenti copia:uel in cornua uel etiã in ſætã.Quæ igi tur in cornua capite minus ſætoſo hæc ſunt.abſumptũ enĩ illã in rẽ eſt.Quæ autẽ in dentes plus quidẽ pili q̃ cornigera obtinẽt.Capronarũ enĩ nõ nihil ſortiunt.Sed minus q̃ aues his enim illud

ætiam quando hominum genus in tegendi natura tribuit:ſed quod illis pro copia nutrimēti multis luxuriat locis:id in capite homini abundat.Nec enim nullū habēt:nec adeo multū:ut pilorum undique excreſcat congeries.

Cur unus omniū animātium homo caneſcit.An ꝙ pars animātium maxima pilū quot annis deciduū gerit:ut equus ut bos.Nōnulla deciduū non gerunt. Tēpus aūt uiuūt breue ut oues:& quædam alia quoꝝ pilus utpote non ſeneſcēs caneſcere nō poteſt.at homo nec decidium gerit pilum Et longā degit ætatē.Itaq; tp̄e conſeneſcit atq; inueteratur.

Cur uita breui ībecilliſq; uiribus ſunt qui partem umbilico ſubiectam maiorem q̃ ſup̄iorē habent ꝑtinentē ad pectus.An ꝙ uēter ſuā ob breuitatē frigidus eſt.Itaq; ut uim paruā obtinet cōcoquendi:ſic excremētis redūdare aptiſſimus eſt.Morbis aūt nimirū patēt qui tali uētre cōſtiterint.

Quā ob cauſam animātiū alia nō ſolū coitu ſed etiā ſponte naturæ ꝓcreanť:alia coitu dūtaxat ꝓueniunt ut hō:ut equus.An ꝙ & ſi non aliā ob cauſam:tn̄ ꝙ aliis gignedi tēpus breue ſtatutū eſt. Itaq; fieri nō poteſt:ut tēpus quod uim obtinet generādi amplificeť prorogeturq;.Sed tēpoꝝ uiciſſitudine cōmutationeq;:ut ꝓcreētur contingit.Aliis multo generatio ampliari ſolent. Et enim uel anno uel decē mentium ſpacio confici aſſolent.Quapropter uel nullo pacto:uel ex coitu ꝓcreentur illa uecesse eſt.

Cur æthiopum dentes candidi & candidiores q̃ cæterorum.Vungues autem non dentibus in cādore reſpondent.An ungues ideo nigricant:quia cutis etiā nigra eſt;& nigrior q̃ cæterorum: ungues autem ex cute proueniunt.

Sed cur dentes cādeant:quæ nā ratio ſit.An ꝙ albeſcere illa ſolent quibus uis ſolis humorē detrahit dūmodo nihil ſup̄inficiať:quō etiā cerā albeſcere nouimus.At cutē ſup̄inficit calor dentes minime.Sed totus eoꝝ humor in uaporē a calore cōuertitur atq; exhalatur.

Cur animantiū alia p̄ciſo capite uel ꝓtinus moriunť uel paulopoſt:alia minime. An ita afficiantur quæ ſanguine carēt:exiguoq; cibo cōtenta ſunt.Quippe quæ neq; continuo cibū deſiderent:neq; in humore calor eoꝝ diffundať quibus rebus priuatū animal ſanguine cōſtās uiuere nequit. Illa uero ſine reſpiratione uiuere multo diutius poſſunt.Cauſam cur ita alias abūde reddimus.

## NONA PARTICVLA QVAE AD VOCIS SONIQVE RATIONEM PERTINENT. THEODORO INTERPRETE.

CVr ſenſum auditus maxime ob ortu naturæ offendi poteſt:an ꝙ auditus & uox ab eodem initio ꝓficiſci uideātur.atqui locutio ex facili poſſe deprauari uidetur: quæ ſpecies uocis eſt.eadēq; perfici difficillime poteſt.Indiciū huius eſt ꝙ poſtea q̃ nati ſumus diu obmuteſcimus:deinde balbutire tandē incipimus.Principio nāq; nullū ꝓferre penitus uerbū ualemus.Cū itaq; facile peruerti locutio poſſit idēq; initium audiēdi loquēdiq; ſit.Vox enī quædam audiendi quoq; primordium eſt: ſequiť ut quaſi per accidēs nō per ſe omniū facillime ſenſuū auditus interimi poſſit.Argumentū autē facile oīno loquēdi principiū deſtrui poſſe.Vel ex cæteris animātibus erui licet.Nullum enim loqui ex cæteris poteſt:ſed homini tm̄ facultas hæc data eſt.& hic tamē ſero ut dictū eſt loqui incipit.

Cur omnes ſurdi uocem reddere per nares aſſolent.an ꝙ prope abſunt ut rauci ſint. Muti autē per nares uocē extrudūt.Eo nāq; ſpiritus illoꝝ cōpellitur quia ore compreſſo ſūt:quod compreſſum ideo eſt quoniam lingua his ad uocem reddendā uſui nullatenus eſt.

Cur oēs qui natura ſūt calida magnā uocē emittere ſolēt:an ꝙ multū in his aerē frigidūq; ieſſe neceſſe eſt.Vis enī caloris facile ad ſe & ſpiritū trahit:& aerē eoq; amplius id agit quo amplior eſt. Vox autem magna tum oritur cum aeris multum agitatur.utq; acuta cum celeriter ſic grauis cū tarde aer incitatur.

Cur omaes ſurdi per nares loquuntur.An ꝙ ſurdi uiolentius ſpirāt.quippe qui prope abſunt ut muti ſint.meatus itaque narium ductu ſpiritus laxior redditur:ex quo fit ut niſi per nares loqui non poſſint.

Cur melius audiui quæq; in nocte q̃ die poſſunt.an ꝙ requies oium noctu amplior eſt: qm̄ calor abeſt:unde trāquilliora quoq; magna ex parte oīa ſunt.Sol enī eſt qui oīa mouet.

Cur uoces elonginquo acutiores eſſe uidenť.itaq; qui hominū procul admodū habentium clamorem imitantur.uocem acute emittimus:& ſimilē his qui ſuā uocē in ſonum aſtringūt tenuiorē:& ſtrepitus quoq; reſonandi acutior uenit quē ꝓcul abeſſe palam eſt.Non enim niſi per refractionē exiſtere poteſt.cū igitus in ſtrepitur ratione acutū quod uelox ſit:tardū aūt quod graue uoces elōginquo delatas tardiores uideri opporteret.Quæ enī feruntur eo tardius oīa mouentur quo longius a ſuo diſceſſerunt principio tandēq; collabunť & decidunt.utrum igitur qui initantur uoce exili ſimulāt & ſono tenui agere temptant uocem quæ ſe e longinquo defert tenuis autem grauis non eſt. neq; exiguus exiliſq; uocis proferendæ uſus grauis eſt. Sed acutus ſit neceſſe eſt. An

nō modo q imitanť ea de cauſa ita ſimulátːuerūetiā ſtrepitus ipſi acutiores exiſtunt. cauſa uero cur ita ſit ꝙ aer qui deferť ſtrepitū excitat. Et quēadmodū primū illud obſtrepit quod aeré mouc ritːſic ruaſus aer ſubinde mouēdo agat oportet ut partim mouearːpartim m‹o›ueať. Quo fit ut cō tinuari ſtrepitus poſſit. Quippe cū ꝑpetue mouēti mouens ſuccedatːdonec oīs conatus mouendi emarceſcat. Quæ quidē res in corporibus nō niſi cadere eſtːcū. ſ. aer nō amplius impellere uel telū uel aerē poteſt. Vox enī cōtinua reddiť cū aer aerē ꝓpellit telū autē fertur cū corpus ab aere mouetur. Hic igiť corpus idē deferť aſſidue uſq; ad eū finē dū corruat. At ibi alius atq; alius aer ꝑpetua uiciſſitudine ꝓfluit ꝓcedenteq; ſubſeq́ués minor eſt. Itaq; uelocius quidē moueť ; ſed per minus ſubinde aeris qua de cauſa uoces acutiores e longinquo tenuioreſq; ſentimus. Eſt enī acutum quod uelocius eſtːut ambigēdo ſupius ꝓpoſuimus. Hæc eadem cauſa eſt cur & pueri & egrotātes acutæːuiri autē & beneualētes grauiter uocem emittant. Cur uero ꝓpinquis auribus uox grauior acutiorue eſſe minime pateat. Et oīno cur ſimilis ꝓiectis pōderibus nō ſit cauſa ꝙ ꝓiectū illud cū unū aſſidue ſit idētidem aſſidue fertur. ſtrepitus autē aer propulſus ab aere eſt. Itaq; fit ut pondus unum in locū cadere tm̄ modo poſſit, uox autem quoquo uerſus ſpargat ſeſeːnon ſecus ac ſi ꝓiectum pōdus dū fertur in partes frieť innumeras atq; etiā ſe retrorſum diſꝑtiat.

Cur domus nuper illita magis reſonat. an ꝙ maior refrangēdi datur facultas propter leuitatē. Leuis autem ideo eſtː quoniā continens adhuc rimiſq; īmunis penitus extat. nō tamen admodū humidā uolo intelligi. nulla enī refractio de limo effici pōt. Hæc profecto cauſa eſt cur etiam opus omne tectorium magis reſonet. Quinetiā aeris īmobilitas fortaſſe aliquid facitːcongeſtus enī uniuerſuſ q; cum ſit occurrentem illū retorquere uæhementius poteſt.

Quā ob cauſam ſiqs doliū & lagenas & cætera id gen⁹ figlina inania obruat opiatq; domicilia reſonare ampli⁹ poſſint. Necnō ſi pute⁹ uel ciſterna uel aliq̄ fouea in domo ſitːmagis magiſq; ita fiat neceſſe eſt. An ꝙ rō reſonādi nō niſi refractio eſt ſic enī potiſſimū reſonādi illa reciprocatio naſcitur. Ergo pute⁹ & q̄libet fouea anguſtiā obtinetː& aerē colligere pōt. Dolia cæteraq; fictilia dēſitatē quoq; ſuæ ambiētis formæ præ ſe ferunt. Itaq; utraq; de cā illud euenit. Cōcaua enī oīa magis ſonātː& ex quoq; ab eā rē ſonitū ꝓcipue oīum reddit. Nec uero abſurdū ꝙ obruta illď faciūtː Vox enī nō minus in ima ſe defert. Deniq; quoquo uerſus atq; etiā in orbē ferri putādū eſt.

Cur ſi uaſa quis inania obruerit faciet ut magis ædificiū reſonet. An ꝙ uaſa ſoliditate perpetuitate q; ſua melius & cōcipiuntː& cōtinent aerē ſimulq; accidit ut ictus uehemētior effici poſſit.

Cur aqua frigida de eodē ꝓfluēs uaſe acutius q̄ calida obſtrepit. An ꝙ delatio aquæ frigidæ uelocior eſtːgrauior enī frigida eſtːacutiorē aūt ſtrepitū reddit quæ uelocior eſt. Calor uero & raritate alleuat & elatione. Proximū illud eſt quod faces quoq; ardētes ictū faciūt imbecilliorem.

Cur homini q uigilauerit uox aſꝑior reddiť. An ꝙ eius corpus ob cruditatē humeſcit maximeq; loco ſuꝑioriːunde caput quoq; graueſcit. Et cū fauces humore redūdētːuocē aſꝑiorē exiſtere neceſſe eſt. aſꝑitas enī ob inæq̄litatē. grauitas ꝓpter obſeꝑtionē exultatːretardius enī fertur.

Cur cibo īgeſto mox tenor frāgiť uocisːan ꝙ mēbrū illud uoci tributū crebro cibi occurſu ꝑcluſū cōcaleſcitːcōcaleſcēs humorē attrahit q ob aſſūpti cibi humefactiōnē & largior eſt & paratior.

Quare qui flent uocē mittunt acutiorēːqui ridēt grauiorē. An ꝙ alteri ſuā ob debilitatē parū ſpiritus mouēt. alteri uæhemēter intēdunt quod facit ut ſpiritus uelocius fieri poſſit. Cōtra qui ridet reſoluitur & debilitať itaq; uocē grauis ædit. Quāquā ægri acutā emittūt uocē parū enī aeris mouent. at uero qui rident nō ſolum parū ſed etiam leuius mouent. ad hæc qui rident ſpiritū calidiorem emittuntːqui flent frigidiorē. Dolor enī refrigeratio pectoris eſt. calor itaq; multū aeris mouetːita ut tarde feratur. Frigor autem parum ciet. idem uel in tibiis fieri nouimus. Enimuero qui ſpiritu inflant calidiori multo tardius agunt.

Cur pueri cæteraq; recēs nata aīalia uocē reddūt acutiorē q̄ q ꝑfecta ætate ſūtːtū tn̄ oē acumē uæhemētia ſitːan ꝙ uox motio aeris ē & acutiorːq uelocior. Facilius aūt & uoci⁹ paꝝ q̄ multū aeris moueť. Moueť aūt quotiēs uel a frigore cogiť uel a calore diſcerniť. Sed cum īſpiratio frigida admiſſo ſitːiterior nimirū aer tātiſꝑ cogiť cū ſpiritū capimus cūq; expiratio caloris emiſſio ſit aere ſane a calore citato uox effici pōt. cū enī ſpiritū reddimus nō cū capim⁹ uocē formam⁹. cū autē nouella calidiora ſint q̄ uetuſtaːſuoſq; meatus habeāt arctiores minus in ſe aeris poſſunt continere cūq; calor qui moueat amplior in his īſit res aūt quæ moueať minor ſubſter. Velocius utraq; de cā aer moueri pōt. At ſi uelocius uox certe acutior dabiť ob ea ipſa quæ ante retulimus.

Cur uocē qui flent acutiorē emittuntːqui ridēt grauiorē. An qui flent intēdendo contrahendoq; os uociferātur itaq; ꝓpere aer interior intēto moueť. Cūq; per os tranſeat anguſtū ferri uelocius poteſt. Vtraq; igiť rōne fit ut uox acuta ædať. Cōtra qui ridēt remiſſo corpe hiſcēteque ore ridēt cū igitur ob eā rem late tardeque ꝓfundant aerē merito uocē emittunt grauiorem.

Cur uocē reddūt acutā qui exꝑtes ſeminis ſuntːut pueriːmulieres. decrepitiːſpadones. grauem autē uiri qui firmiſſima ſunt ætate. An ea cauſa eſt qua linea cæteraque tenuia dimenſionem unam

dũtaxat ſortiunt̃.craſſa aũt plenaq; plures obtinẽt:itaq; uox ẽt tenuis unã dimenſionẽ habuerit: unũ aũt & efficere & mouere facilius eſt q̃plura.Ergo cũ p̃dicta illa ſpiritũ habeãt ĩbecillũ.Nõ ni ſi parũ aeris moueri ab illo ſpũ põt.Minimus aũt eſt qui dimẽſione unica cõſtat quẽ p̃dictis rõni bus tenuẽ eẽ uocẽq; talẽ ab eo ꝓficiſci neceſſum eſt.Vox aũt acuta quæ tenuis eſt.igit̃ qui ꝓlifico illo ſæmine carẽt uocẽ hinc merito reddũt acutiorẽ.Viri robuſti qm̃ ſpiritu ualeãt multũ aeris incitare queũt:quod cũ multũ ſit lente mouetur:uocẽq; efficit grauiorẽ.Motu enĩ ueloci & tenuis uocẽ reddi acutã iam conſtitit quoꝝ neutrũ ut in uiro poſſit exiſtere accidit.

Cur uoces noſtræ grauiores ſint tp̃e hiberno.An ꝙ aer ĩterior tũc & exterior craſſior eſt.Craſſior autẽ cum ſit tardius mouet̃ itaq; uox grauior nõ ĩmerito fit.Adde ꝙ ſõnulẽtiores hiberno tp̃e ſumus q̃ æſtiuo pluſq̃ tp̃is obdormire ſolemus.Sõnus autẽ facit ut mẽbris grauioribus ſimus.Quo igit̃ tẽpore plus dormimus q̃ uigilamus:quod hibernũ ꝓfecto eſt.Hoc uocẽ effici grauiorẽ q̃ qui ecõtrario agit̃ ratio eſt.cum enim tempus uigilandi quod inteeuenit breue ſit.habitus corporis q inter dormiendũ cõmittitur permanere uſq; ad ſõni repetitionem nimirũ poteſt.

Cur ex potu uomitu atq; frigore uocẽ emittimus grauiorẽ.An faucibus interſeptis quã rem pituitã ſubſiſtẽdo cõmittit quippe quæ aliquid fluctionis in eas detrahat aliis uomitus aut potus aliis p̃ſentis tẽporis qualitas p obſtrictionẽ fauces reddit anguſtiores itaq; delatio ſpiritus tardius agitur.Quæ autem tarda delatio eſt graue hæc efficit uocem.

Cur uox grauior e propinquo magiſq̃ e longinquo ſentiri põt.An ꝙ grauior plus quidem aeris mouet.ſed nequaq̃ in longitudinẽ:ergo a longe minus ſentitur:quoniã per minus ſpaciũ ſe deducit. E ꝓpinquo aũt magis.Quoniã plus aeris ſenſoriũ ferit audiẽdi.Acuta ꝓcul ideo audiri põt: qm̃ tenuior eſt.Tenue aũt omne augeri in longitudinẽ poteſt.Dixerim ẽt ꝙ motio quæ uocẽ reddat acutiorem uelocior eſt: quod fieri põt ſi ut denſus:ſit anguſtus ſpũs ſit qui aerẽ mouet.Nã & exiguus aer mobilior eſt: quippe qui ab anguſto moueri quæat.& denſus plures efficit ictus qui ſtrepitũ reddãt.Licet hoc in muſicis p̃ſpicere inſtrumẽtis.Fides nãq; tenuiores cæteris eiſdem ſubſtãtibus acutius conſonant.

Cur uox acutior illis eẽ uidet̃ qui lõgius abſũt:tũ tñ acuminis rõ ſita in eo ſit ut uelocius ferat̃: & quod lõgius fert̃:moueri tardius ſoleat.An ꝙ uocis acumẽ nõ ſolũ in uelocite mouẽdi:ſed obſtrependi etiã nimia tenuitate cõſiſtat.Qui autẽ lõgius abſunt uocẽ tenuiorẽ excipiunt ob aeris qui mouet̃ exiguitatẽ.Motus enĩ ita marceſcit:utq; numerus emarceſcẽs in unitatẽ relabit̃: ſi corpus in unicã dimẽſionẽ extenuat̃ quæ tam in corpore q̃ in uoce tenuitas eſt.

Cur uocem acutã & exercitati reddunt:& debiles.an debiles qnia parũ aeris mouent parũ autem q̃ multũ uelocius fertur.Exercitati uero aerẽ excitant uæhemẽtius.Aer excitus uæhementer uelocius fertur:acutũ autem in uoce:ideſt quod uelox in delatione.

Cur uox corrũpi his ſoleat q cibo ĩgeſto clamitarũt:itaq; oẽs q uocẽ exercẽt ut hiſtriões:ſaltatores: & cæteros generis eiuſdẽ mane ieiunioq; ore exercitationẽ adire licet ĩſpicere.an uocẽ corrũpi nõ aliud eſt q̃ mẽbrũ qua ſpũs trãſmeat corrũpi.Quocirca rauci quoq; uoce corrupta ſunt: nõ quod ſpiritus uiciatus eſt qui uocẽ affirmat.ſed ꝙ exaſperata artaria eſt quæ uæhemẽte cõcalefactione exaſperari maxime ſolita eſt.Quãobrẽ neq; qui febriũt:neq; qui uæhementer febrierũt ſtatim cũ febris ceſſauerit cantare queunt.ſunt enĩ aſperis nimio ex calore faucibus.Cibis aũt ſpiritũ & largum reddi & feruidi cõſentaneũ eſt.Qui talis autẽ eſt exulceret arteriam tranſmeando atq; exaſperet.Ratio eſt ꝙ cum inciderit merito uox deſtrui poteſt.

Cur uox cũ aer quidam formatus ſit.Et qui cũ fertur formã ſæpe illã amittat echo:ideſt reſonãtia fiat.Cũ enĩ aer uæhemẽtius in aliquod ſolidũ offenderit uox nõ diſſoluit̃.Sed eandẽ expreſſe reciprocantẽ audimus.An ꝙ refractio eſt nõ p̃fractio.ſic enim cum totũ p̃manet.tũ partes ab eo duæ uniformes proficiſcuntur.Quippe cũ per ſimilem:angulum refractio exiſtere ſoleat:itaq; uox reſonandi ſimilis primæ efficitur.

Cur cæteroꝝ animaliũ nouella receſq; edita uoce mittũt acutiorẽ q̃ quæ perfecta ætate ſunt uitulis autẽ grauius mugiũt q̃ boues p̃fecti.An ꝙ infans quoq; in genere ſimilis fœminæ eiuſdẽ generis eſt.Boũ autẽ fœminæ grauius mugiunt̃ q̃ mares cũ cætera ecõtrario agãt.At uituli ſimiliores fœminis q̃ maribus.ſunt ergo uocẽ hi grauiorẽ emittere debent.

Quã ob cãm paleis in orcheſtra ſparſis chori uox minor ſentiat̃.an ꝓpter aſperitatẽ.Vox enĩ pauimẽto minus leui occurrẽs ut minus una ita minor exiſtit.Quippe quæ minns cõtinua ſit quõ ẽt lux amplior reſplẽdet in leuibus eo ꝙ nihil impedimenti interuenit quo interpelletur.

Cur ſal igni ingeſtus mouere crepitum ſoleat.an quia ſal parum humoris intra ſe continet qđ mox a calore ignis conuerſum in ſpiritum uiolentoq; exiliens impetu ſalem rumpit.omne autem quod rumpitur mouere crepitum ſolet.

Cur pueri nonnulli anteq̃ ætas ueniat qua uocabula ſuo tempore explanare poſſint fari incipiant Et ubi aliquid expreſſe dixerint rurſus obmuteſcant atq; ut prius degunt quouſq; ſolitum tem-

pus loquendi accedat.Quæ quidẽ a plæriſq; portenta eſſe putanť.iam aliquos etiã ſtatim cum in lucẽ uenerũt locutos eſſe ꝓditũ eſt:an magna quidẽ ex parte ſecũdũ naturã hoĩes prodeũt: itaq; illud paucis accidit.Sed natura rõne ſimul hæc cõtingere ac perfici ſolent.Quáobrẽ ſimul & audiunt & uocẽ emittũt:ſimul & intelligũt facultate audiẽdi & loquunť & explicant.Euenit tamẽ interdũ ne hæc ſimul cõtingant:ſed ut alii prius intelligant q̃ mẽbrũ id abſoluatur quo loqui poſſumus.Alii cõtra qui ſcilicet quæ loquãtur intelligere nequeãt.Quæ enĩ audierint ſimulate eadem reddũt.Sed cũ tẽpus affuerit utroq; iam munere naturæ fungi incipiant.Quibus autẽ prius ſenſa auditus in animo ualeant quã mẽbrum id abſoluať quo primo uocem mouemus orõneq; condimus iis nõnunq̃ ubi iam multa intellexerint.facultas quoq; mẽbri illius & abſolutio ꝓpere cõtingit maxime quidẽ a ſõno.Cuius rei cauſa eſt ꝙ ſõnus data requie.tũ corpora tota tũ mẽbra ſingula facit alacriora.Sed fieri poteſt:ut uel ob aliã huiuſcemodi mutationẽ idẽ eueniat.Cõplura autẽ ſunt quæ ut efficere ualeamus.breuiſſimi tẽporis adiumẽto opus eſt.Et tñ eadẽ poſtmodũ æque agere nequaq̃ poſſimus.Quotiẽs itaq; mẽbrũ illud ita ſe habet ut liberũ abſolutũq; ſit efficitur: ut quod per auditũ intelligẽtiã mouit inde cũ pẽdet fluitatq; in ſenſu retinet uerbũq; reddat:hinc nobis & carmina & uocabula ſæpenumero nõ ex uolũtate occurrũt.Et quæ prius uoluntate petita diximus eadẽ poſtea nõ uolũtarie dicimus.hinc etiã ſæpe quæ nouimus ore explicare nõ quimus ita fieri poteſt ut pueri aliquid dicãt:rurſuſq; mẽbrũ cui fandi data poteſtas eſt.redeat ad ſuã naturã ac obmuteſcat dum tẽpus corroborãdi abſoluendiq; ultimũ ueniat.

Cur aliqua obſtrepũt mouẽturq; ſubito ut arcæ quæ nullo mouẽte quod ſenſus nouerit concitantur & crepãt cũ tamẽ potẽtius eſſe debeat quod mouet q̃ quod moueť. quæ eadẽ quæſtio etiã de corruptione ac ſenectute eſt. Quippe cũ a re inſenſibili oĩa corrũpanť quæ a tpe pereũt an ſimul guttis hoc eſt & lapidibus quos plãte emergẽtes attollũt atq; reiiciũt.nõ enĩ quod ultimũ actiõis eſt id uel attollit uel mouet:ſed hæc uniuerſa cõtinuatio efficit.qua quidẽ re inſenſibili accidit ut motus ille ſenſibilis naſcať.ſic etiã res cõtenta ſpaciis inſenſibilibus tẽporis moueť.atq; in partes digeritur inſenſibiles.uniuerſi tñ & cõtinui rõne exultat & motus & obitus.cõtinuũ aũt illud nõ in inſtãti tpis:ſed in tpe quod ab inſtãti determinať.ſitum profecto eſt.

Qua de cauſa oſcitãtes minus audire poſſimus.An quod multũ ſpiritus effluentis inter oſcitandũ aures etiã intrinſecus ſubit ut motio uel ſenſu percipi poſſit quã trudit ad aures maximeq; poſt ſonum.ſtrepitus autẽ uel aer uel aeris affectio eſt.igiť cũ interior renititur exteriori illi occurrenti efficiť ut motus interioris ſtrepitus motũ exterioris retorqueat:atq; offuſcet.

Cur pueri magis q̃ uiri lingua heſitant.An ut etiã manibus pedibuſq; pueri minus ualemus & iſantes ambulãdi omnino facultate caremus ſic etiã linguæ parũ compotes pueri ſumus: & infantes uerbum nullum referre poſſumus:ſed more brutorum animantium uociferamur:uidelicet cauſa imbecillitatis quæ non ſolũ heſitatẽ linguæ:ſed etiẽ balbutiẽ bleſitatẽq; faciat.quippe cũ bleſitas ſit litterã quãdã exprimere nõ poſſe:eãq; nõ quãlibet ſed certã balbuties uel litteram ꝑtermittere. uel ſillabam heſitas alterã alteri ſillabã iungere propere non poſſe.Quæ quidem omnia imbecillitate eueniunt.Lingua enim ſubminiſtrare intelligentiæ non poteſt.itidem etiam uinolenti ſeneſq; afficiuntur ꝓpter debilitatem:uiris autem hæc minus uſu eueniunt.

Cur uox hoĩum tã metuẽtiũ q̃ trepidãtiũ obtremeſcere ſoleat.An ꝙ emigrãte calore cor cõquatiť. Nã utriſq; & trepidãtibus & metuẽtibus accidit ut ita afficiať.Cũ cor autẽ cõquatiť:ictus nequaquã effici unus põt:ſed plures ꝑficiſcanť ut e fidibus laxius intentis neceſſe eſt.

Cur uocem hoĩes trepidãtes grauem:metuẽtes acutam reddãt.An ꝙ metuẽtibus locus cordis refrigeratur:cum calor deorſum ſe defert:ita ꝙ parũ aeris excitare poſſunt uires enim poſitæ in calore ſunt.Trepidantibus autẽ calor loca petit ſuperiora:ut etiã pudore affectis effert idẽ ſeſe ad faciem.Cuius indiciũ eſt quod plenius erubeſcunt:reſoluit igiť multũq; aeris quo loquimur efficit. Hic aũt tarde propellitur.Tardũ uero nõ niſi graue in uoce eſt.

Cur nox ad audiendũ aptior eſt q̃ dies.Vtrũ ut Anaxagoras ait ꝙ aer interdiu ſtridet a ſole cõcalefactus & obſtrepit noctu requieſcit:utpote cũ oĩs calor abfuerit.Tunc autẽ quæq; audiri melius poſſunt.cũ nullus ſtrepitus eſt.An ꝙ per inanius facultas audiẽdi amplior q̃ plenius datur. Eſt autem aer interdiu denſus ut qui lucẽ radiiſq; refertus ſit.noctu autem rarior ꝙ ex eo ignis & radii deceſſerunt:quæ corpora eſſe dixeris.An ꝙ corpora multifariã interdiu uim intelligendi diſpartiuntur.inq; res uarias deducunt itaq; clara audiendi eripitur ſentio.Et eo ꝙ omnia die magiſq̃ noctu agimus ipſa quoq; intelligentia negociis corporis impedita eſt.Senſus autẽ ubi ſeiunctus ab intelligentia eſt loborem uelut inſenſibile habet. Vnde dictum mens uidet:mens audit. At uero noctu cum noſter intuitus omni ſit munere liberatus magiſq; intelligentia requieſcat.Meatus aurium uel amplius patẽs uel nihilo minuſq̃ die:ut capax ſonoꝝ pariter eſt:ſic melius eoſdẽ ſonos referre ad intelligentiam poteſt.Quoniam nec ipſa intelligendi uis quippiã agat. Nec ad aſpectu temptetur ut fieri interdiu ſolet.

Cur homines qui humore prolifico uacant ut pueri mulieres decrepiti & ſpadones uocem reddūt accutam. Viri autem qui firma ætate ſunt grauiorem. An propter membri ī becillitatē quod mo uere aera ſolet. Mouet enim exiguum aeré quod imbecillū eſt: exiguus uelocius fertur ꝙ uelociter fertur acutum eſt. an quod primus meatus qua uox ꝑmeare ſolet omnibus ſemine uacius puſillus eſt. itaqꝫ exiguū ꝓficiſci ab eo poteſt, quod aera moueat exiguū uero cum ſit uelociter per amplas ſuperiores fauces fertur. At uiris ætate ingentibus hic amplior hebetur ut etiā qui ad teſticulos ꝑ tinet. itaqꝫ aer pluris eſt q̄ inde ꝓpellitur Tardior ergo cum tranſeat, merito grauior reddi poteſt

Cur homines lingua hæſitātes loqui nequeant uoce ſubmiſſa. An quod offenſaculo quodam uox ſi ſtitur retineturqꝫ. Sed cū non pares requirantur uires: aut ſimilis motus cum quicquā īpedit mo tum cumqꝫ non īpedit emittendum omnino eſt. Vox autē motus eſt uocēqꝫ alteriorē ſolēt emit tere qui pro uiribus conātur. Ergo cū expellēdū quod obſtat emittēdum ſit altius eos loqui neceſ ſe eſt, qui linguæ huiuſmodi uicio tenentur.

Cur iidem illi trepidātes magiſquam uinolenti hereant lingua. An quoniam affectus hic ſimilis ge neri ſtuporis quam apoplexiam uocamus parti īteriori cuipiam tribuendus eſt quam partem mo uere nequeant impedientem propter ſuam refrigerationem. Vinum igitur quod ſua natura calidū eſt refrigerationē tollit, trepidatio facit. Eſt enī trepidatio metus quidā metus autē refrigeratio ē

Cur ſtrepitus extrinſecus magis intus auditur quam intriſecus foris. An ꝙ intrinſecus cum uaſta immēſa quæ adeat ſpacia diſcerpitur diſſipaturqꝫ ut pars eius uel minime uel minus ſentiri poſſit Extrinſecus uero cum uox ſeſe in locum arctiorem ſtabilioremqꝫ aerem conferat uniuerſa īgredit itaqꝫ cū maior ſit non immerito melius poteſt audiri.

Quā ob cauſam qui lingua hæſitant melācolico habitu cōſtat. An ꝙ ꝓpere ſequi imaginationem: non niſi eſſe melancolicum eſt, hæſitātes autē illi tales proculdubio ſunt. impetus nāque dicendi præruit anteceditque facultatem eorum: utpote cū animus uiſa ſequatur. Balbis etiam idem aai dit. Hos etenī omnes membra uoci accōmodata tardiora habere certū eſt. indiciū uero ꝙ tales ui nolenti reddūtur cum ſuas maxime imaginationes nō rationem ſequunt.

Cur porrū proſit ad uocem ſonorā. nam & perdici cōmodū eadem in re nouimus. An ꝙ alliū quo qꝫ clixū delinit, & quidē porrū lentitiā quādā obtinet: quæ fauces detergere poſſit.

Cur cætera aīalia uocē tū acutiorē emittūt: cū ualidiora ſūt. hō aūt cū inualidior eſt. An ꝙ hō īuali dus exiguū aera mouet: aer exiguus uelociter ꝑmeat uelociras ſtrepitū reddit acutiorē.

Cur melius audimus cū ſpiritū retinemus q̄ cū reddimus itaqꝫ minus ſpirare in uenetiōe ꝑcipitur. Vtrū ꝙ per uenarū elationē uis ſentiēdi locū petit ſuꝑiorē cū enī dormimus deorſum ſe defert & crebrius tūc reddimus q̄ ducimus ſpiritū minime quæ audire ualemus. An etiā ſanguis cū reddi mus ſpiritū aſcēdit: itaqꝫ pars ſuperior implet: cū tamē per inane audiamus. An ꝙ efflatio ſtrepi tus quidem eſt. hic autem exſpirando eueniens uim obtundit audiendi.

Cur ſal exiguus ocius crepat & exilit. Væhemētius autē & crepat & exilit qui plenior eſt. An ꝙ exi guus rumpi cælerius poteſt: haud enī multū ideſt ꝙ ſubeat ignis oportet cū ſal ipſe totus exiguus ſit plenior autē ille lentius domat ꝙ plus negocii eſt magnū dirrupſiſſe q̄ paruum. crepat paruus parū qui paruus inuæhitur ictus maior magis quia magno agitur ictu: crepitus autem ictus eſt: ꝙ etiam robuſtius eſt magis exilit quoniā minus cedit.

Cur ſi ſalem eadē magnitudine qua modico igni ingeſtus crepet nimio inieceris igni uel nihil uel minus crepabit. An ꝙ prius ab igne corripitur quā rumpi poſſit. comburitur enim humor ꝙ cō ſumptus eſt crepat ꝙ diſciſſus diſruptuſqꝫ eſt.

Cur oſcitantes minus audire ualemus an quod ſpiritum intercludimus qui ſe ad autes trudat īdiciū quod ſtrepitus in auribus naſcitur cum oſcitamus circunuētus autē interclusus quod illis ſpiritus facit ut minus audiamus ad hæc uox oſcitantibus quedam oritur quæ uim audiendi īterpellare poteſt & cōprimi uero aures neceſſe eſt quotiens corpus ſe diſtrahit atqꝫ intendit.

Cur uox cum apta ſua natura ſit ī ſublime efferri ut q̄ aer quidem ſit nō ī ferius ſurſum ſed ſupius deorſum melius audiri poteſt. An quod uox aer quidem iunctus humori eſt qui pondere humoris graueſcens deorſum labitur. non ſurſum effertur humoris namqꝫ ſecundum naturam intereſt ut deorſum feratur. itaqꝫ ab imis ſentiri plenius pōt. an hoc uoci dūtaxat animaliū reddi debeat hæc enim non ſine humore profluit. illud uero accidere nimirum uel in cæteris omnibus ſtrependi generibus. nouimus. ergo ut uiſus ſi ſuperius deorſum prociderit ſurſum uerſus reflectetur ſed ſi inferius ſurſum pertenderit deorſum ſe flectet. ſic uox quæ ſua natura cogitur ſurſum ferri ubi aeri ſibi aduerſo occurerrit cum ꝑ uim nequeat eum propellere quī & amplior & grauior eſt refle xa in partem aduerſam deorſum ſe defert. itaqꝫ aer qui ore motus procurrerit ratorquætur & ad ima collapſus ſentiri inferius magis poteſt. Tale etiam eſt quod in reſonando fieri ſolet uocis enī reflexus in partem contrariam agitur.

Cur uinolentis potiuſq̄ ſobriis frangi uox ſoleat: an repletio facit ut uox celeriter frangi poſſit. C u

ius rei argumentũ ꝙ neqꝫ chorreæ neqꝫ ludi oẽs ſtatim a prãdio ſed ieiunii uocẽ exercere cõſueue re.cũ igiť uinolenti ĩpleti ſint merito uoces eoꝝ potius frangi ſolent.

Cur uocẽ acutiorẽ longius audire poſſumus.an ꝙ uocis acumẽ uelocitas eſt moueri aũt ocius ſolẽt quæ uæhementius feruntur hæc longius ferri poſſunt.

Cur ſpiritu retẽto melius audire ualemus.an ꝙ reſpiratio nõnihil ſtrepitus mouet merito ergo tũc melius ſentimus cũ ſtrepitus minus eſt.minus autẽ ſtrepitus tũ eſt cũ ſpiritum retinemus.

Quãobrẽ lux quæ tenuior:& uelocior:& dedicatior eſt corpora penetrare dẽſa nõ põt:ſtrepitus autem põt.an ꝙ lux directo itinere ferť.itaqꝫ ſiquid recte illi ꝓfluẽtiæ lucis obuiũ ſepiat.lucẽ diclu di neceſſe eſt.at ſtrepitus:quia ſpũs eſt ferri nõ recte etiã põt.itaqꝫ efficiť ut ſtrepitũ ſentire undiqꝫ liceat non eum tantũ qui ſe recte noſtris auribus obtulerit.

Quare qui rident uocẽ grauiorem emittunt:qui flent acutiorem. an ꝙ curpore intento uox acuta depromitur.infirmũ autem quod acutum.Quæ utraqꝫ in fletibus ineſſe potius nouimus. Sũt enĩ & intentiori corpore & infirmiori.

Quãobrẽ cũ uox aer quidẽ formatus ſit & ſæpius diſſoluať cũ ferť.Echo ideſt reſonantia fiat.icto eiuſmodi aere inſolidũ quippiã uox ipſa nõ diſſoluatur:ſed expreſſe eadẽ ꝑcipi poſſit.an ꝙ aer refrangitur nõ ꝑfrangitur:ideoqꝫ totũ a toto proficiſcitur.Tum etiã affectus hic non niſi de re ſimili exiſtit.Quippe cum aer reflecti de aere ſoleat in cauo non de cauo.

Quãobrẽ cum ſimul uocẽ multi emittunt:unuſqꝫ tantũ q̃tum ſinguli reddit,multoꝝ uox illa:neqꝫ parẽ uocis unius offert ſeſe.Neqꝫ longius pro ratione deducit.An ꝙ ſinguli proximũ arcẽ propellunt nõ eũdẽ:niſi paulo tenus.quod ſimile euenit:ut ſi multi quidẽ ꝓiiciant lapidẽ:ſed ſinguli aut magna eoꝝ pars mittat diuerſum.Neqꝫ enĩ ibi lõgius aut pro rõne longe lapis ullus deueniet. Neque hic longius cũctaꝝ q̃ unius uox ꝓterit audiri. Vox etenĩ tanta nõ unius eſt:ſed multoꝝ.Recte igiť propinquo uox multa eſſe uidetur quãdoquidẽ lapides quoqꝫ illi multi ita uideri atqꝫ idẽ aſſequi poſſunt. At e longinquo pluſq̃ ſingulæ ſint ſentiri nõ poteſt.

Cur trepidantes uocem reddimus grauiorẽ metuẽtes autẽ acutiorẽ quãq̃ etiã pudor genere metuendi cõtineť.An multũ inter ſe affectus hi diſtãt.Quos enĩ puduit erubeſcunt trepidatio aũt pudor quidã eſt.Qui uero metuũt pallent cõſtat igiť calorẽ in metu partẽ ſupiorẽ deſerere ut parũ aeris præ ſua exilitate mouere ſpũs poſſit.uelociter aũt ferri põt quod exiguũ eſt:uocis uero uelocitas nõ niſi acumen eſt.his cõtra quos puduit.calor partẽ ſupiorẽ ideſt pectus petere ſolet.Cuius rei ĩdiciũ erubeſcens faciẽ affert:ampliorẽ autẽ aerẽ amplior potentia mouet.Tardius uero omne uertur quod amplius eſt tarditaſqꝫ in uſu uocis nõ niſi grauitas eſt.

Quæ cauſa eſt ut lingua hæſitantes aliqui fiant.An mẽbri quo loquimur refrigeratio cauſam habet & tanquã ſtupẽs & attonitũ membrũ id eſt.itaqꝫ a uino cõtinenteqꝫ oratione cõcelefacti:uerba facilius poſſunt copulare.

Cur homo ſolus ex omnium animãtium numero lingua hæſitans oriť.An ꝙ ſolus compos ſermonis eſt:cætera uocem tantum obtinent.Qui autem lingua hæſitant.uocem quidem producũt.ſed uerba copulare ſermoneqꝫ condere nequeunt.

Cur ſobrii tꝑe hiberno uocẽ acutius mittimus uinolẽti aũt æſtiuo grauius.An uox acutior quæ uelocior eſt.uelocior autẽ quæ corpore intento ſe promit.Sobriorum uero hiemeqꝫ corpora magis conſtat q̃ uinolentoꝝ æſtateque calores enim teporeſqꝫ copora reſoluunt atqꝫ claſſant.

Cur homo ſolus omniũ animãtiũ lingua heſitãs ꝑuenire põt.Vtrũ ꝙ etiam mutus ſolus exiſtit. linguæ aũt heſitatio mutitas quædã eſt.nec mẽbrũ quo loquimur abſolutũ habetur.An ꝙ homo ſolus compos eſt ſermonis:cætera autẽ uocem dũtaxat ſortiuntur.linguæ autẽ hæſitatio ut nomen declarat unum nõ eſt ne promptam continentemqꝫ parit orationem.

Cur homini uox ſerius perfici ſolet q̃ cæteris quibus data eſt uocis proferendæ facultas.An ꝙ uocis humanæ genera & diſcrimina q̃plurima ſunt,cætera enĩ animantia litteras uel nullas uel paucas exprimere poſſunt.Quod autem ſũmenarium plurimiſque diſtinguẽdum differentiis eſt id tẽpore longiſſimo perfici neceſſe eſt.

Cur cætere ſpeciei eiuſdem animantes uocem fundunt eandem:homines autem uariam & multiplicem agunt.An hominum etiam uox una eſt multa autem genera loquendi.

Sed cur cõmunis hæc una hominum uaria eſt:cæteroruũ autem ſimplex. An homines multas ꝓferre litteras poſſunt cætera uel nullam uel duas aut tres exprimunt in ſonas quæ uocalibus iuncte locutionem cõficiunt:oratio autem non uoce ſed uocis affectionibus ſignificãdo abſoluitur. At uocis affectionis littere ſunt.Quinetiam pueri non ſecus ac beſtiæ ſuas exprimunt appetitiones: utpote qui nõdum proferre litteras poſſunt.

Cur aſpectus corpora penetrare ſolida non poteſt:uox autem poteſt.an ꝙ aſpiciẽdi delatio ſimplex eſt quæ per directum atqꝫ profluere ſoleat ad lineã cuius rei indicium ſolis radius eſt.& ꝙ niſi e regione cernere non poſſimus:uox autẽ motu multiplici ferri poteſt. Quippe cum undiqꝫ liceat au

dire.Quotiens igitur aſpectui directus ille impeditur progreſſus:eo ſcilicet ꝙ res obiecta incondi
ta ſiue indiſpoſita turba cōſtipatur tranſpicere nequit.at uox qm̄ quoquo uerſus profertur oīa ꝓ
reptat penetrat trāſlapſatq;ꝰ audiri undiq; pōt in humoribus tamē facultas trāſpiciādi oculis data
eſt uoci aūt nulla:uel minima quāquā humor tenuior q̄ terra eſt. quoniā humoris meatus parui
denſi continuatiq; ſunt.ut minime aſpectus impediatur.quo minns tramite directo ingredi poſſit
Hæc eadem cauſa eſt.cur etiam per uitrum quod denſiſſimum eſt tranſpicere liceat per ferulā que
rara ſolutaq; eſt non liceat.in altero enī meatus reſpondent inter ſeſe inferula altera uariant.Nec
quicquam iuuat amplos eſſe meatus:niſi recte ad lineam poſiti ſint.Vox aūt minime in aqua ſēti
ri poteſt.Quoniam minus aqua inanit quam ut aerem capere uocemq; tranſmittere poſſit. Vox
enim aer quidam eſt.Haud enim omne rarius permeari ſe patitur.niſi etiam meatus ei reſpondeāt
ꝙ permeare conetur. & congruāt.ut uis etiam colligēdi & contrahendi ſeſe deſt. Niſi meatus ca-
paces corporum ſint quāquam ꝙ rarum eſt molle eſt. & tale ut in ſeipſum coire poſſit.Verum nō
nulla præ nimia ſuorum meatuū anguſtia colligi impediuntur ut uitrum Quippe ut flecti con
trahiq; non queat.quamuis rarius ferula quam eſt ratione prædicta Vt etiam aqua & quicquid ali
ud generis eiuſdem. Vnde illud quoq; palam fit non quod rarius raro molliq; uel eodem.uel pro
ximo eſt id magis in ſeipſum colligi poſſe & adduci.cauſa enim omnibus.eadem reddenda eſt.

Cut uox quāuis minor reddatur adimendo ſpeciem tamen ſeruat eandem.An ꝙ cum his ipſis miſce
tur quæ dempſeris.Res autem mixta non partim eſt:partim non eſt ſed uſqueq̄q; talis eſt.æque igi
tur quibuſdā undiq; detractis æque cōtrahitur.ut neceſſe ſit ſimul & minorem eſſe & ſimilem.

Quid eſt quod linguā faciat hæſitare.Vtrū calor efficiat ut procatiores ſint.itaque offendēdo habe
ret quaſi inſalebris.quomodo affici iratos homines nouimus.incēdūtur enī incitantur hanelitāt
ſpiritu redūdant.igitur præ nimio caloris feruore.Hanellāt aūt qm̄ frequēs ſpiritus eſt.nec antici
pat quatenus ſe tēpore reſpirandi promere poſſit.An potius cōtra ut loci quo uocem mittimus re
frigeratio cām det tanquā mēbrorū id attonitum obſtupeſcat.itaque afficiatnr ut uel concalefacti
a uino aut perpetua oratione uerba expeditius poſſint copulare.

Cur tēpore hiberno uoces grauiores redduntur. An ꝙ aer craſſior eſt.Talis aūt cum ſit motus tardi
or prouenit.itaque uox redditur grauior.An ꝙ aer per pectus lentius permeat fauces autem inter
ſepi & conſtringi a frigore pituitaque diſtillante coguntur.

Cur pueri mulieres:ſpadones:ſeneſq; uocem reddant acutam.An ꝙ motus uelocior qui acutior eſt
Et cum genus idem ſit motu facilius eſt quod minuſq̄ quod plus eſt.Quāobrem qui firma ætate
ſunt, plus aeris trahere poſſunt plus igitur illud tradius permeans uocem efficit grauiorem pue
ris & ſpadonibus contra res euenit Quoniam minus aeris capiunt.Senes autem ideo tremūt quo
niam uocem continere non poſſunt.quomodo imbecillibus ac pueris uſu euenit cum lignū præ
longū parte extrema ceperint.Alterum enim extremū quatitur quia nequeunt ſuperare quod te
nent & uincere quod idem & trepidantibus hominibus & metuētibus: & rigētibus cauſam uocis
tremule afferre credēdum eſt.Cū enim qui uocem ita emittit eius calor pulſus ab affectibus illis
intro ſe colligat maxima ex parte reliquū quod exiguū extat uocem continere non poteſt.Qua
propter quatitur atq; intremit unde artium liberalium profeſſores qui ſe ſolitos trepidate noue
runt principio agunt uoce ſubmiſſa dum reſideant & ſtabiliantur uocem enim exiguam uincere
continereque facilius poſſunt.

## DECIMA PARTICVLA QVAE AD RES TAM BENE QVAM MALE OLIDAS PERTINENT THEODORO INTERPRETE.

CVr ſuffimenta omnia minus e propinquo ſentire poſſimus.Vtrum ꝙ odoris deliba
tio aere temperata ualidior redditur.ut mirra medicinalis ſuauior eſt.an contra agi-
tur.Vt ignis ui ſua cremandi tollit odorem qui per ſufficū effluat. & quidem apud
carbones ipſos nihil redolent longius uero purius tenuiſſimūq; ferat quod oleat.
Cur odores tam ſuffimentorꝝ q̄ florum minus ſuaues e proximo ſentiant. Vtrum
una cū odore terræ quoq; particulæ ꝓdeunt.quæ præ ſuo pondere ante currunt q̄
ad ſenſū odor deueniat itaq; longius ille ſincerū ſe offert an neq; cū principiū ꝓximū ē neq; cum
admodum ſe motum odor abunde effluere poteſt.Nam ſi proximum nondum large emanat ſi re-
motiſſimum diſtrepitur.

Arbores reddi odoratas aiunt in quas cæleſtis arcus decubuit. Vtrum uerum hoc ſit.an falſum. Et
ſi uerum quam ob cauſam ita eueniat.ergo nec omnes arbores nec ſemper aliquas oderem ita ac
quirere palam eſt. Etenim ſæpe arcus cæleſtis conſtitit.& tamen arbores nihil odoris ſpirarunt.
quod quidem ſenſum mouere poſſet.Cumq; odor contrahitur accidit enim id aliquando itaq; nar
ratur non in quaq; materiæ contrahi poteſt:cauſa uero per accidens ad arcum referenda eſt: præ-

ſertim ſi arcus ipſe nulla natura ſit.ſed obtuitus refrãgendi tantum affectio.Prouenit autem odo
ris ille affectus,ut dictum iam eſt non qualitercumq; ſe materies habeant.Neq; enim in uiridi ne
que in arida.ſed in uſta poſt aquam quæ arcui ſuperuenerit certam reddi ſuauitatem odoris paſto
res referunt maximeq; ubi aſpalathus aut etiam ramnus eſt.& genus ex his aliquod quorum flos
ſuauiter olet.Ratio autem odoris eadem eſt quam etiam de terra aĩaduertimus:hæc enim cũ fer-
uet atque inuritur quod ediderit principio bñ olet.Enim uero quæ parce humido quendam in
modum recaluerint odorata redduntur.humor enim cõcoqui calore nimirum poteſt. Qua de cau
ſa totius quoque orbis terrarum quæ ad ſolem orientem ſpectant odoratiora exurgunt q̃ que ad
aquilonem.Et eorum ipſorum quæ ad ortum plus uergunt:qua que ad meridiẽ. eo quod loca Sy-
riæ & arabiæ terroſiora.Africæ uero arenoſa ſiticuloſaq;.nec enim humorem nimium ĩ eſſe opor
tet:concoqui namq; nimius non poteſt nec nullum ſic enim nullus uapor inde extringi poteſt:qđ
uel in ea materiæ ſolet accidere quæ & nuper conbuſta ſit & tale habeat genus ut ſecum odoris ſe
rat ſuauitatem quæ quidem res floribus declarari poteſt.odor enim in.eos tranſmittitur.Sed fieri
putant in his quibus e cæleſtis arcus inſtiterit quoniam nunquam id ſine aqua effici poteſt.Cum
enim materies ĩmaduerit caloreq; ĩ terriori concoxerit reſpirare iam ĩcipit uaporemq; ĩter ſe con
ceptum emittit.Nec uero aquam nimiam acceſſiſſe oportet eluit enim atq; extinguit calorem ab
igne iniectũ quæ nimia uenerit.Quæ autẽ aquæ poſt arcũ ſolẽt ĩcedere nõ multæ:ſed ſẽper pene
mediocres aduenĩũt:& ſi plures cõſtiterĩt arcus aq̃ nõ large ſed ſæpe & parce accedit.Quãobrẽ nõ
ĩmerito cũ hoc ita fiat q rẽ ĩſignẽ ꝑter arcũ nullã aſpicerẽt cauſam odoris illi attribuere.

Cur flores & ſuffimẽta ſuauius elonginquo olent:e propinquo autem herbã alia potius redolent ali
fumũ.An quia calor quidam natura odoris eſt odorataq; omnia calida ſunt calidum autem quod
que leue eſt.itaq; cum longius permeant:odorem deferunt ſuum ſecretiorem uendicatum que ab
cæteris tum foliorum tum fumi: qui uapor aqueus eſt odoribus qui comitentur eum ipſum.An
cum in propinquo ſunt admixta illa cum his una redolent:quibus inherent.atque ita odorem
deprauant.

Cur omnia plenius olent cum mouentur.An quod excita plus aeris in plent q̃ quieſcẽtia.itaq; oci
us ad ſenſum noſtrum odor tranſmittitur.

Cur tẽpore hiberno minus olfacere poſſumus minimeq; per gelu & glaciẽ.An ꝙ aer a frigote im
mobilior redditur.itaq; motus nõ æque proficiſci a corpore odorato põt ſcilicet propter difficilẽ
Quamobrem quæ grauior e fidibus eſt.huic ſemper actus modulandi committitur. nam ſi proxima quoq; a media pulſanda ſit media tantum.nihilominus reddi medium poteſt. At ſi media ſubiungenda eſt per ꝓxima a media idem reddi non poteſt. An quia magnum quod graue eſt itaq; ualidum eſſe neceſſe eſt.& ineſt profecto in magno quod paruum & quidem due nete inhipate efficiuntur ſi tercipiatur.

Cur in conſonātia Diapaſon graue quidem acuti antiphonum accipi poteſt grauis uero acutum nō poteſt. An maxime ꝙ in utroq; modulus utriuſq; contentus eſt. ſed ſi minus certe in graui acutū eſt maius enim hoc eſt.

Cur antiphonum diapaſon conſonantiæ ita latitat ut uniſonum eſſe uideatur uelut ī punico. aut atropo.quæ nāq; poſita in acutis ſunt non nniſona.ſed ex ꝓportione ſibi diapaſon concinentia reſpondent. An modus proportionis facit ut ſonus quaſi idem eſſe appareat proporcio enim in ſonis æqualitas eſt:æquale autem omne ad unitatem referendum eſt. Hoc idem in fiſtulis etiam euenit ut falli aures preſint.

Cur genus cantilenæ quod lex appellatū eſt.nō per antiſtrophos olim agebatur; cum tamen cæteris chorearum canticis antiſtrophi uſus non deeſſet. An ꝙ olim leges a magiſtris certādiq; peritis agebantur.qui cum iam egregiæ ſimulare ualenterq; pertendere poſſunt. cantum & prolixum & uarium conficiebant.itaq; ut uerba ita etiam moduli numerique uarie ſubinde ſimulatione inſequebantur imitari.nāque modulamine potius quam uocabulis neceſſe eſt.Quamobram Dithyrambi etiam poſteaq̄ ſimulari cœperunt. Antiſtrophis amplius nō utūtur. quāq̄ plurimum ante uterentur. Cuius rei cauſa eſt.q̄d olim homines liberi atque ingenui ad choream adire ſolebant itaque multos eſſe qui fungi cantu certarorio poſſent erat difficilis. Quapropter illi in morem fuerat.ut modulos enarmonios cantarent. Vnus enim crebro cantilenam mutare uariamque contexere facilius poteſt q̄ multi.& qui certat facilius q̄ qui mores conſeruat. Quocirca ſimplicius illi modulari debuerant. Antiſtrophus autem ſimplex eſt quippe qui numerus ſit. unitateque mēſuretur.hæc eadem cauſa eſt cur in ſcœna nullus in chorea plurimus antiſtrophi uſus ſit. Hiſtrio nāque ſimul & certator & ſimulator eſt:Chorus autem minus imitatur.

Qua de cauſa diſſonātium copulatio quod antiphonum nominamus ſuauior q̄ cōſonum eſt. An ꝙ expreſſius ita.cōſonātia percipi poteſt q̄ cum uoce conſona addita cantatur. alteram enim uocem idem ſonare neceſſe eſt.itaque duas ad unam reſonare.quæ tertiam offuſcare facile poſſint.

Cur ſola diapaſon cōſonātia cātetur hac enim. Magadare:nec ulla alia conſueuerunt:An quod hæc ſola ex fidibus inter ſeſe ob ſonis conſtat:atqui in obſonis etiam:ſi alteram canis identidem efficis Voces enim ambarum una quodam modo illa continet:Ergo in hoc conſonādi genere cum uel una canitur conſonātia tota perfici poteſt & cum ambæ aut cum altera canitur altera tibia ſonatur una quaſi de duabus exultat:Atq; ita afficitur ut ſola hæc cantilenam patiatur.eo ſcilicet quod abſona uocem obtinent nerui eiuſdem.

Sed cur ſolis obſonis datū hoc eſt.an quod ſolæ pari interuello diſtāt a media.itaq; medietas ſimilitudinē quādā ſonoꝝ efficit:ut ſenſus auriū ambas & laudem & extremas diiudicare uideatur.

Cur in Diapente & Diateſſeron conſonātiis nūquam antiphonis cātatur.an quod non eadem conſonandi ratio in his eſt quæ in diapaſō concinētia quippe cū in illa grauis eundem ad proportionē modū obtineat:quē acuta acuminis.itaq; fit ut & eadem quaſi & diuerſa uox oriatur at uero in diapente atq; diateſſeron concinentiis non ita eſt.Quamobrem ſonus uocis opoſite perpendi non poteſt quoniam idem non eſt.

Cur ſi quis cæteris omnibus neruis concinatis medio uero in concinno pulſet inſtrumentum non ſolum cum ad medii ſonum deuenerit ſed etiā cæteris modulandi partibus anget aures.modumque īcōpoſitum.diſſipatumq; eliciet. Sed ſi lichanū aut quē ſonum aliū mouerit.tū diſcrimine dūtaxat apparebit cum eum pulſauerit quem mouerit.an ratione hoc euenit optima quandoquidem omnia egregia modulandi genera. medio neruo ſæpe utuntur omneſque probi fidicines crebro ad medium ueniunt.& ſi diſceſſerint. mox redeunt eodem.Nec ullum alium tociens repetunt Ergo quemadmodum ademptis ex oratione quibuſdam cōiunctionibus ut teti. oratio minus græca relinquitur.aliis uero quibuſdam detractis. nihlo inſuauior accidit eo quod aliis ſæpe indicēdo uti neceſſe eſt aliis minime.ſic etiam medius ueluti coniunctio eſt ſonorum. maximeque elegan-

tiorum quoniam eius ſonus aſſumi ſæpiſſime ſoleat.

Qua de cauſa qui grauius cantant. ſi abſonant depræhendi facilius poſſunt q̃ qui cantant. acutius? Nec uero ſecus in numeris accidit. Euidentiores enim qui peccant in grauiori. Vtrum quod plus tempopis graue obtinet. plus auté plenius a ſenſu aurium percipi poteſt. an ꝙ in tempore amplio-ri agitur. hinc etiam plus ſenſus adhibetur. uelox auté & acutũ facile ſuã ob uelocitatem lateſcit.

Quam ob cauſum multi cum cantant melius numeros ſeruant quam pauci. an ꝙ multi melius unũ ſuumq; ducem aſpiciunt tardiuſq; incipiunt, itaq; facilius aſſequi idem poſſunt. quippe cum in accelerando euenit ut plus erroris committatur.

Cur nete duplo acutior eſt hipate, an primum ꝙ cum neruus parte ſui. dimidia pulſatur, & totus diapaſon continentia exultat quod uel in fiſtulis æque perſpicere licet. uox enim quæ per mediũ foraınẽ emergit diapaſon reſonat cũ ea quæ ꝑ totã fiſtulam ꝓmitur. Quinetiam in cæteris duplo interuallo capi diapaſon conſonantiã nouimus. nam & qui tibias ꝑforãt ita diſponere ſolent. & q fiſtulas apte cõcinnant extrema tamen cera marginãt foraminis principalis. Nec uero ad dimidiũ implent: & intriquetris ſpalteriis nerui quoq; alter longitudine dupla: alter ſubdupla eſt æque in-tenti diapaſon conſonantiã reddunt. Genus auté concinendi quod diapente nominaẗ ſexquialtera conſtat. Quod uero diateſſeron uocamus interuallo ſeſquieſtertio continetur.

Cur ſiquis netem pulſatã appræhenderit: hipate ſola reſonare uidebitur. An ꝙ tinnitus qui ex hac proficiſi ſolet. ſono illius maxime cõciliatur & congruit, utpote qui conſonus ſit ergo quia ſuo conſimili concreſcit: ſolus apparet. Cæteri uero incerti ſuam ob exiguitatem incultantur.

Cur neruum medium in concentibus appellamus cum inter octo nullũ medium ſit. An ꝙ olim cõ-centus ſeptem neruis conſtabant. Septem autem medium optinent.

Cur in acutum magna ex parte uox aberare conſueuit. Vtrum ꝙ facilius acutum q̃ garue cantatur. An ꝙ acutum graui deterius eſt: peccare autem nõ aliud eſt q̃ rem agere deteriorem.

Cur inter omnia quæ ſenſum patiuntur ſolũ id mores obtinet: quod obuiam auribus eſſe poteſt. Nam & ſiq̃d ſine ſermone modulamur mores tñ præ ſe ipſa modulatio fert quos non color non odor nõ ſapor gerere poteſt. An ꝙ motũ ſolũ hoc obtinet. Nõ dico quẽ ſtrepitus reddit, Talis enĩ uel cæteris adeſt. Quippe cũ etiã color noſtrũ mouere aſpectũ poſſit. ſed cũ intelligi uolo quẽ ge-nus id ſtrepitus ſubſeq̃ntẽ ſentimus. Hic enĩ ſimilitudinẽ gerit. Tũ in numeris: tũ in ſonoq; ordine acutorum: & grauium non in mixtione quod eſſe in cæteris ſenſibilibus non poteſt. Atq motum eiuſmodi ſibi actio uẽdicat. Quæ morum index proculdubio eſt.

Cur leges pleræq; cantilenæ appelentur. An ꝙ homines priuſq̃ litteras ſcirẽt leges cantabant: ne eas obliuioni mandarent: quod etiam noſtra ætate Agathyrſis in morem eſt. Ergo primas quoq; po-ſteriorum cantilenarum eodem appellauerunt nomine: quo oẽs ſupiores uocabantur.

Cur numeri muſici: & modi qui uoces ſunt moribus ſimiles ſeſe exhibent. ſapores uero aut colores aut odores nullam eiuſmodi ſimilitudinem gerunt. An ꝙ numeri muſici & moduli motibus con-tinentur. Quõ etiam actiones. At omnis efficientia moralis res eſt. moreſq; condere poteſt. Sapo-res uero aut colores hoc idem æque conficere non queunt.

Cur neq; ſubdorium neq; ſubphrigium genus in tragœdiis choricum habeatur. An quoniam Anti ſtropho carent: utpote quæ ſcænici ſint: imitationiq; accõmodati.

Cur phrynicus cæteriq; eius ætatis muſici modulandi potius ſciam exercebant. An ꝙ tum in tra gœdiis carminis uſus modulaminum longe amplior erat.

Cur diapaſon cõſonantiam dicimus nõ oratione numeri diaocto ut diateſſerõ ut diapente. an ꝙ pri ſcis non pluribus uti uerbis q̃ ſeptem fuit in morem: deinde terpander tertia exẽpta netẽ adiũxit ac eius tẽporib⁹ diapaſõ hæc appellata eſt cõſonãtia nõ diaocto. Quippe q̃ ſeptẽ nõ octo cõſtaret.

Quamobrẽ aptius de acuto in graue canitur q̃ de graui in acutũ. Vtrũ ꝙ ita fit ut a ſuo inchoetur principio. Neruus enĩ qui medius & dux eſt: acutiſſimus primi tethracordi habeẗ, illo auté modo non a principio ſed a fine exordiretur. An ꝙ graue gñoſius ſonantiuſq; ab acuto oriri poteſt.

Cur bis diapente aut bis diateſſeron conſonantia componi non poteſt. Bis autem diapaſon poteſt. An ꝙ nõ bis diapente neq; bis diateſſeron inſtrui poteſt ſed diateſſeron ac diapente ꝓportiones apte in unam diapaſon cõtinentiã copulantur.

Cur diapaſon cõſonantia ominum pulcherrima eſt. An ꝙ integris terminis huius portiones conti-nentur. cæterarum autem non integeris. cum enim nete dupla ad hypatem ſit. quocumq; in gene-re nete duo tenuerit. hypate unum habebit: & ubi hypate duo: nete quatuor reſonabit: ac ita de-inceps. At uero eadẽm nete medie ſeſquialtera eſt. proportio nanq; ſeſqualtera qua conſonantia diapente concluditur non integris numeris poſita eſt. Maior enim minorem intra ſe continet totum, & partem eius dimidiam quamobrem non integri cum integris comparantur: ſed partes ſuperſunt. Conſonantia quoq; Diateſſeron proportione ſeſquitertia continetur. Quæ terminis conſtat: quorum maior minorem intra ſe totum continet. Et inſuper tertiam eius partem. An

quod ex ambabus cõſiſtit perfectiſſima eſt. Et qm̃ modulandi menſuram hæc tenet, merito oīum elegantiſſima conſtat

Cur ſi neruus medius ex ſuo intentionis modo dimotus ſit: cæteri quoq; omnes ſonos incompoſitos reddent. ſed ſi integre illo manente aliquis cæteris ſit dimotus: ſolus hic aberrabit: qui modo ſuo caruerit. An ꝙ ratio concinnendi neruis omnibus apta intentione continetur. quæ non niſi ꝑ habitudinem quandam ad medium accommodanda omnibus eſt. ordoq; ratione illius diſponi ſingulis debet ergo ſublata continendi concinnendiq; cauſa concentus æque cuſtodiri præterea non poteſt. cum tamen neruo medio ſibi conſtante unus ex cæteris aliquis diſcrepat merito illius pars duntaxat deeſt. cæteri nãq; omnes modum ſuæ concinentiæ ſeruant integrum

Quare cum uocis acumen effici momẽto poſſit exiguo: grauitas autem nõ niſi magno proueniat ut enim graue ob multitudinem graue eſt ita acutum ob uelocitatem acutum exiſtit cur inq̃ ſi ita eſt maius negocium canticum cecinisse acutũ q̃ graue ſit: Et quidẽ pauci reperiuntur qui ſuperna cantare ualeant: leges quoq; acutæ & arduæ difficile iccirco cantantur: quia intente uæhementius ſunt: quauq̃ minus negocii ſit mouiſſe quod exiguum q̃ quod multum eſt. Itaq; uel in aere hoc idem accidere oporteret. An uocẽ e natura mittere acutam: non idem eſt quod acutum cantare. Sed mittunt quidem acutam uocem omnia quæ natura ſunt imbecilla eo. ſ. q᷑ aeris parum non multum ciere poſſunt: parum autem aeris uelociter fertur. Vnde ectici. i. qui conſumpto corporis habitu emarcuerint acutam proferunt uocem. At uero acutum niſi uiribus ualeãt cantare non poſſunt. Cuius certe indicium ꝙ uelociter ferri ſolet quod uæhementer fertur. Ita bonarũ uirium index acutũ eſt: & ſuperna cantare admodũ difficilis ſit: grauia autẽ locũ tenent inferorẽ:

Cur nnmeris. modulis canticis: deniq; omnibus concinnẽdi generibus oblectari omnes ſolere. An ꝙ motibus naturalibus oblectari datũ a natura omnibus eſt. Indicium quod pueri adeo nuper editi his ipſis moueri oblectariq; poſſunt. Modis tamẽ adiecticiis canticorũ ut delectemur efficere aſſueſcendi ratio poteſt. Sed enim numeri propterea mulcent: quia raſum ordinatumq; computandi numerum habent mouentq; nos pro ſua æquabili ſerie ordinate. Motus enim familiarior naturæ eſt ordinatus q̃ inordinatus. Itaq; ſecundũ naturã hic magis eſſe probantur. Argumẽtum ꝙ cum ordinate & laboramus & bibimus & comedimus naturã uireſq; noſtras & ſeruamus & augemus. Contra inordinate cũ agimus deprauamus naturã atq; de ſuo ſtatu dimouemus morbos enim naturalis ordinis corporũ eſſe motiones nullũ dubiũ eſt. conſonãtia uero demulcere ideo poteſt ꝙ mixtio ſiue temperatio contrarioꝝ eſt iunctorũ apte inter ſeſe portionẽq; inuicem cuſtodientiũ. portio igitur ordo eſt. quem modo natura ſuauem eſſe propoſuimus. Et temparatũ quoq; omne ſuauius q̃ itempperatũ. eſt præſertim ſi cũ ſenſibile ſit pariter uim habeat utriuſq; extermi quemadmodũ conſonãtia ex portionibus tẽperatur. Etproportio ipſa amborum exteremorum potentiam æque in conſonantia tenet.

Cur ſuauius antiphonum æquiſono eſt. An ꝙ obſonum quoq; conſonum diapaſon eſt. quippe cũ exaduleſcentibus uiriſq; conſiſtat qui ita diſtant inter ſe tonis ut nete & hipate. At oĩs conſonantia ſono ſimplici ſuauior eſt. Cur autẽ ita dictum iam eſt atq; oĩum ſuauiſſime diapaſon perſonat. æquiſonũ autem illud ſimplici contineri ſono conſpectum eſt.

Cur ſola in diapaſon cõſonãtiã magadari ſolitum eſt. An quia ut pedes carminum portionem aut paris ad par: aut dupli ad ſubduplũ: aut aliquã aliam inter ſe obtinent. Ita ſoni quibus conſonantia cõtinetur motus portionẽ inter ſe aliquã ſeruãt & rationem clauſulæ: cæterarũ igitur cõſonantiarũ alterius termini imperfecte ſũt cũ finiat ad partem q̃obtem fieri nõ poteſt: ut pari ſint facultate. Cũq; diſpares ſint diſcrimen auribus accidit. quõ in choreis cũ ad finẽ deuentum eſt. differẽtia ex ampliore uoce aliquorum exultat. Adde quod hipate accidit ut exitum ſoni circuitalis habeat cũ neta. ultimus enim a netæ ictus aeris factus hipate eſt. quod cũ finiant in idẽ q̃uis nõ idẽ fecerint euenit ut opus abſolui unum cõeq; poſſit. nõ ſecus ac illis accidit: qui ſub poſtremã cantilenã pulſent. Nã & ſi cætera operis nõ adhibita tibia peregerunt. tñ ꝙ in idẽ deſierint eoipſo fine magis delectant q̃diſcrimine angunt: quo ante finem diſcreparint. cũ igitur in diapaſon cõſonantia ex diuerſis quod cõe exultet ſuauiſſimum ſit. Magadare autem ex contrariis uocibus conſiſtat. hinc magadare conſonantia diapaſon conſueuerunt.

Cur ſuauius cantum audimus quẽ ſcimus q̃ quẽ ignoramus. Vtꝝ qm̃ cũ cantilenã agnoſcimus melius patet qui ueluti calcem quod ſpectat aſſequitur. Hoc aũt contẽplationẽ facit ſuauiorem. An incidit ut auditor una cũ eo afficiatur: quã notã illam exprimit cãtilenam. Quippe qui aliquid ſuccinat. ſociumq; ſeſe prebeat cantanti. Solet autem q̃ſq; hilari ſecuroq; animo cãtare: niſi aliqua coactus neceſſitate id faciat.

Cur non bis diapẽte: aut bis diateſſaron reddi cõſonãtia poteſt: ut bis diapaſon coaptari ſolet. An ꝙ diapẽte conſonantia poſita in proportione ſeſq̃ltera eſt. Diateſſaron uero in ſeſq̃tertia quod ſi tres ſeſqualteri aut ſeſq̃tertii numeri ordine diſponãtur extremi nullã inuicem portionem habebunt.

Neq; enim ſuper particulares neq; multiplices eſſe poterunt:at diapaſon continentia qm̄ duplari ꝓportione cōſiſtit.Hæc geminata q̄druplam inuicem proportionē extremi tenebūt. Itaq; cum cōſonātia ſonorū inuicem portionē obtinentiū ſit portionēq; inuicē ſoni habeant qbus diapaſoninteruallū cōtinetur penitus uero careant.qui diateſſaron:aut diapēte hītudine copulantur.idcirco ſoni bis diapaſon eſſe conſoni poſſunt cæteri non poſſunt.ob eam quam reddimus cuaſam.

Cur ſiquis netē cū pulſauerit apprehendat ſola hipate ſubſonare uideať.an q̄ nete cum deſinit elanguēſcitq; in hiparē tranſit.Indiciū q hipatem protinus netem canere aptiſſime licet: etenim qua ſi neaten præ ſe ipſa ferat:ſimilitudo ex ea petitur.cū autē echo quoq; ipſa cantus quidam eſſe probetur.Eſt enim uocis neate iā deſinentis tactio: tinnituſq; ipſe ſono reſpondeat hipate. merito ob ſuā affinitatē nete mouere hipatē poſſe uideť.Neatem ubi ſe moueat apprehenſa certo nouimus. at hipatem cū uideamus inappræhenſam. Et tamen eius ſonū ꝑcipiamus ipſam ſonare credimus. quod in multis accidere ſolet.in qbus ſcilicet neq; ſenſu neq; cogitatione ꝑpendere ueritatē poſſumus.Ad hæc ſi nete ictu intente accidat:ut iugum moueať.nihil ſane miꝝ fuerit eius autē motu neruos oēs cōmoueri:ſonūq; reddere aliquē ꝓbabile eſt.Sonus igiť neate alienus ab cæteris eſt.& cum deſinit & cū incipit cū hipate uero cū deſinit idem exiſtit.Quod ſi eius ꝓprie motioni adiunctus ipſe totus eſſe illius uideatur. Abſurdū haud quicq̄ haberi debet. Amplior autem q̄ ſonus reliquorum neruorū promiſcuus hic exultat. Quoniā illi qdem a neate quaſi impulſi ſubmiſſe uellēte & leuiter ac molliter ſonāt.Nete autē ipſa fidiū omniū uæhementiſſima ſua tota potentia ſonū reddidit.Itaq; ſecundaria eiuſdem actio merito ſuperior eſſe q̄ cæterarum poteſt: præſertim cum leuiſſimo motu ipſe moueantur.

Cur ſuauius cātilenā audimus cū ad tibyā q̄ cū ad lyrā cantať. An oē ſuaue qđmixtū cū ſuauior eſt: ſuauius redditur.Atqui tibia q̄ lyra ſuauior eſt ergo catilena quoq; mixta: cū tibya q̄ lyra ſuauior ſit.Modo quis ſenſum amboꝝ ꝑcipiat. Vinum enim aceto mulſo ſuauius eſt quoniā quæ natura ꝑmiſcet longe amplius tēperanť q̄ quæ a nobis miſcētur. Vinum quippe ex acido ac dulci ſapore mixtū eſt.Probari hoc idē pōt uel malis punicis:quæ uinolenta appellamus. Ergo cantilena & tibya miſceri ſibimet admodū ſuā ob ſimilitudinē poſſunt. Spiritu nāq; utraq; cōficitur.Sonus aūt lyræ quoniā nō ſpiritu ſit:aut minus ſenſibili q̄ tibyarum minus uoci īmiſcere poteſt.Quod cum ad ſenſum diſcrimen pariant nō īmerito minus dimulcent.quomodo dictū de ſaporibus eſt. Adde q tibya ſonitu cognatio neq; ſua errores multos cantilenæ occultat. Sonus lyre cū tenuis uociſq; cōmiſceri minus idoneus ſit:ipſe ꝑ ſeſe patens ſuūq; genus ſincenū cuſtodiens:oēs cantilenæ errores poſita quaſi regula patefacit. Cum uero multa ꝑperam in cantando agantur quod promiſcuū exeratis recteq; actis prouenit deterius eſſe neceſſe eſt.

Cur neruū mediū in concentibus uocamus cū inter octo nullū mediū ſit. An q olim concētus neruis ſeptē conſtabat.quoꝝ mediū eſt.Eoꝝ itē quæ inter extrema cōtinētur. ſolū mdediū principiū quoddā eſt.Quod enī in medio ſitum eſt eoꝝ quæ in aliquo īteruallo ad utrūq; uergunt extermū hoc principiū & mediū eſt.Cū autē extrema cōcentus neate & hipate ſint:hiſq; īteriaceant:reliqui ſoni quoꝝ medius noīatus ſolus principium alterius tethracordi eſt : iure medii nomē habuerat. Principiū enī idē eſſe duntaxat patuit quod mediū eſt eorū quæ inter aliqua claudunť extrema.

Cur melius multi cū cantat ſeruare numeros poſſint quā pauci.An q multi magis unū ducemq; reſpiciunt:tradiuſq; incipiunt.Itaq; facilius aſſequi idem poſſunt.plus enim erroris ſolet cōmitti in celeritate.Accidit autē ut ſuo duci multi q̄ pauci ſint attentiores.Segregans uero ſeſe nemo eorū. exuperata mult.tudine clarere potuerit quanquam inter paucos facilius proculdubio poterit Quamoberm inter ſeſe ipſi per ſe potius quam cum principe certant.

Cur uox in partem acutam magna ex parte degenerat. An q acutum facilius quam graue cantatur. Acutum igitur crebrius cantant.Dumque id faciunt errorem crebrius committunt.

Cur ueteres cū neruis ſeptē concentus diſponerent. hipatē non netem reliquerunt. an non hipatē: ſed eam quæ perameſe nnſtra tēpeſtate uocať.toniq; interuallū reliquerunt.Vltima uero denſi in acutum promedia uſi ſunt quamobrem mediā quoq; eā appellarunt. an q ſupioris tethracordi finis principium erat inferioris & medium tono proportionē extremorum tenebat.

Cur tragœdiarum choris neq; ſubdorio:neq; ſuffrigio cantandi genere uti mos eſt. an q modulum præſtare concentus hi nequeunt.Quo certe choris magnopere opus eſt. Mores uero ſuffrigium obtinet uſui rerum deputatos.Quamobrem in geryone ecxurſus: & arma eoipſo concētu aguнť. Subdorium uero magnificū conſtans graueq; eſt.Quocirca oīum maxime concentuum cytharæ accōmodandum. Sed hæc ambo ut choris minime congruūt.ſic ſcœnis eſſe familiariora ꝓbanť. Etenim ſcœna heroum facta dictaq; ſimulat. Veterū autē ſolos duces fuiſſe heroas conſtat.populi homines ſunt:quibus chori conſiſtunt.Quapropter choro cōpetunt mores : moduliqne trāquilli & flebiles.Hæc enim humana potius ſunt.Quæ minus cæteri cōcentus ꝓſtare queūt.minimeque ipſe ſuphrigius hic enī aīos limphatis ſimiles reddit cogitque debacahari. At uero mixoli-

dius nimirũ illa pſtare poteſt. Itaq; eoipſo affici poſſumus: ſunt autẽ patibiliores q inualidiores q̃ qui ualidiores ſunt. Quáobrẽ id genus choro tribuimus ſubdorio uero atq; ſubphrigio agimus q choro nõ conuenit. Eſt enim chorus cliens quidam curatorq; ocioſus. Quippe q beniuolentiam dumtaxat his exhabeat quibus adeſt.

Cur ſono grauiori mollior modulatio cõtineaf. An q modulus ſua quidẽ natura mollis eſt quietus: ſed admixti numeri ratione aſperior redditur & mouentior. cũ igitur grauis ſonus mollis quietuſq; ſit acutus contra mouens & irritans prorſus eo℞ quoq; qui eundẽ modulũ habent mollior eſſe debet qui grauior eodem modulo continetur. Modulũ nãq; mollẽ eſſe eorum dictum. iam eſt.

Cur parium ſimiliumq; doliorũ. ſi alterum inane alterum dimidiatum ſit echo diapaſon conſonantia reſultabit. An q echo dupla dimidiati ad inanis exiſtit. Quid enim in iſtis potiuſq̃ in fiſtulis res euariet motum nanq; eundem acutiorem putamus: quem ueloeiorem. Amplioribus uero aer tardius occurrit: ut duplis duplo & cæteris ad pportionem. Vtris quoq; duplus diapaſon ad ſubduplum conſonat.

## DECIMAQVARTA PARTICVLA QVAE AD STIRPIVM GENVS: ET AD PANEM: FARINAM MASSAM: PVLTEM: CAETERAQVE ID GENVS PERTINENT.

CVr aquam ſalſam apium recipit: porrum recuſat. an q alterius radix imbecilla: alterius ualida eſt. Impatibilius aut quod ualidius.

Cur in prouerbio eſt Mentam belli tempore. Neq; edito neq; ſerito. an quia menta refrigerare corpora poteſt: ut corruptione conſtat ſeminis genitalis. id autem ipſum aduerſum omnino eſt ad fortitudinem. atq; animoſitatẽ quãuis genere ſit idem.

Cur aliqua fructu uacent cũ florem habent ut cucumer. cucurbita: malus punica. an his fructus non deeſt ſed ipſa pro fructibus habentur: quibus flos inſidet. Fructus enim id eſt quod florem gerit. Cucumeri autem florem inhærere perſpicuum eſt.

Cur eorum quæ terra gignit: alia cocta alia cruda ſunt cibo idonea. an quibus ſuccus eſculentus nõ protinus eſt. hi decoctis dulcior redditur a calore. Quibus autem ſapor uel protinus gratus cõſiſtit: hæc etiam cruda eſitantur.

Cur alia elixa: alia aſſa melius edi poſſint. An q humidiora nõ eatenus humectari ſicciora nõ amplius exiccari opportet. elixa autem humidiora mollioraq; omnia redduntur. quæ uero minus humida ſunt hæc igne confecta ſicciora pſus euadunt.

Cur alia eſculenta: alia ineſculenta exeperiamur. An cauſæ ſuccus eſt. Quod enim & ignis expers ſuccum cõtinet inmitem & igne cõfectum nihilo mitius redditur. hoc cibo ineptum penitus eſt: quod autem ſucco eſculento quidẽ: ſed uæhementiuſculo coſtat hoc pro condimento recipimus. quod enĩ exiguo corpore uĩ magnam obtinet id naturã condire poteſt ampliorũ eſculentorum.

Quã ob cauſam ſtirpiũ aliæ ad ſemen uſq; uiuere tantũmodo poſſint. Deinde cũ ſemen tulerunt exareſcant: ut genus herbæ & quæ olera nõiamus aliæ nõ. Sed ſæpius fructificare ſolitæ ſint. Ipſarũ etiam uiuẽtiũ ad ſemẽ uſq; ferendũ: cũ magna pars annua ſit genus apii quod ab equo hipposelinum appellatum eſt quaſi equapiũ dixeris anno poſtero fructum affert: cunque attulit exareſcit cur ita an oĩa eatenus uigent ætate. quatenus ſemine quoq; ualeant. nã & homines ad annũ trigeſimũ uſq; proficiunt aut copia aut craſſitudine. Vbi autem ſemen ferre non amplius poſſint modo ſtirpium obareſcunt atq; ſeneſcunt quamq̃ alia ocius: alia ſerius occidunt. Idq; portione. Sed quam ob cauſam aliis longum uitæ ſpacium aliis breue datum eſt. porro alterius intereſt diſputationis declarare: ſed cum omnibus finis ac terminus ſit pfectio ſeminis quipus uita breui tempore continetur: hæc ſemel aut certe non ſæpe. Quæ autem eſſe longeua natura uoluit: hæc ſæpe fructificare neceſſe ẽ. Quãobrem que ĩbecillima ſunt ferre non plus ualeant q̃ ſemel. tũ exareſcant neceſſe eſt: ac eorum ipſorum alia anno pmo ſimul & ſemẽ reddere: & uitã explere naturæ rõ ſancit. alia poſtero ut eq̃ppium. Quæ uero pualida ſurgunt. hæc annis pluſculis poſt fructificare incipiunt diuq; uitã agere poſſũt fructificareq; ſæpius ut arbores.

Cur ſiquis apiũ radicetenus circunfodiat partiq; imæ pãnicum undiq; ĩ gerat deinde terram accumulet itaq; irriget radices mira magnitudine adoleſcẽt. an q natura pãnici fũgoſa & calida pabulũ attrahit: conceptũque nõ ſurſum trãſmitti patitur. Sed inter radicẽ cõtentũ calore ſibi indito cõcoquit ut radicis ampliſſimũ ſequi incrementũ neceſſe ſit.

Cur ſiquis cucumeres aut cucurbitas ptinus paruulas condiderit in terram maiores multo efficiet An quod ſpiritus & ſol exiccando incrementum ĩpediunt molẽnque tũ minorẽ tũ criſpiorẽ reddunt quemadmodum & arbores quæ loca uento ſolique expoſita tenẽt quæque ĩ cauis manent & riguis altera enim magne fungoſeque fiunt alteræ paruæ & ſpiſſæ: Aſt uero inter terram occulta. Quoniam contra afficiantur. contra euadant neceſſe eſt. Quinetiam quæ uaſis includimus

ut cucumeres in ferulis cauis aut tegulis: & mala punica: aut quæuis mala in ollis ampla redduntur & fungoſa. contra quæ detecta ſunt parua ſolidaq; augeſcũt nullo ambiente operculo qđ alimoniā faciat largiorem. Id enim obiectum facit ne pabulũ aut euaneſcat aut areſcat.

Cur plantarum acrium ſemina acriora ſunt q̃ radices & folia. an q ſemine omnia oriuntur inq; cæteras oēs ptes ex eo ueluti fonte quodā ut qdā aiũt & ſapores & odores deriuari neceſſe eſt. nā etiā odores oīum una cũ ſeminibus eſſe ſuaues īcipiunt. Quod ſi acritudo cæteris ex ſemine proficiſci ſolita eſt ſemen ipſũ maxime eſſe tale ratio exigit.

Cur tenues radiculæ acriores ſunt. An quod ampliores illę ſpacio temporis longiori plenius concoctæ miteſcunt.

Cur capparis locis prouenire cultis haud facilis poteſt multi nanq; temptarunt & radice tranſlare & ſemine ſparſo cum apud nõnullos cmmodior capparis ſit quam roſa. ſed tamen efficere nihil potuerunt quid ergo cauſæ ſit ut cultis neſciat hoſpitari inculta & quia perſequatur & maxime ſepulchris adhæreat. Igitur de hoc cæteriſq; generis eiuſdem accepiſſe illud oportet quod non omnia eadem ex materia conſiſtere ſolent: aut augeri. ſed ſunt quæ ex aliorum corruptione principio conſiſtant. & poſt augeantur: ut pedunculi & pili corrupto alimento aut qua labe alia corporis pdeunt. Ergo ut in corpore nõnulla excremento proueniunt alimenti. quod certe cruditas eſt: & ubi naturæ uires ſuperare non queunt. Abſcedunt quidem in ueſicā & aluũ quæ in promptu maxime ſunt. Aliqua uero animal producunt. Itaq; in ſenectute & morbis hæc augentur ſic in terra alia cõcocto alimento & conſiſtunt & augentur alia excrementis aduerſaq; concretione oriuntur. Culturæ autem officii eſt ut concoquat reddatq; efficax alimẽtum quo genus mite urbanumq; fructũ conſiſtit. Quæ igitur mitigatione īformationeq; huiuſcemodi creantur hæc urbani uocabulo ſignificamus: eo quod ſolertia hominis educata quaſi cruditaq; meliora euadant. Quæ autem cura adhibita miteſcere nequeũt: aut etiam aduerſo habitu loci ſui generis prodeunt hæc ſilueſtria ſũt & ruſtica cultiſq; uiuere nolunt. cultus enim dum ea melioribus inſtituere moribus cõtendit: deprauat atq; peruertit quippe cum a ſua natura deſciſcere nequeant quæ orta ſunt ex corruptione quo in genere capparis quoq; profecto eſt.

Cur ſi quis radicularũ folia tẽpore hiberno cũ maxime uigent abſciderit: & terrā pedibus cõplanarit cõculcaritq; ut ībrẽ nullũ admittere poſſit radiculæ ipſe per æſtatem amplitudine minime creſcent. An ppterea quia ne corrũpātur cauſa cõculcandi ſoliditas eſt quæ humore qui putrefacere prohibet. alimentũ uero quod aliter ad germẽ ſurſum trāſmitteretur radix ſibi ipſa totũ diſpẽſat: itaq; nel amplior fiat neceſſe eſt uel ſuo de latere radices alias mittat geminās modo ceparum. has enim multiplices effici nouimus ſiquis annuas non euellat: ſed tpi hiberno relinquat. At cum uim iſtam procreandi ut lateri ceparum natura dedit: ſic radicularum negarit neceſſe profecto eſt ipſa ſillas craſſeſcere nimiam od copiam alimenti.

Cur ſi quis cucurbitas aut cucumeres apud putheũ ſatos in ipſum dimiſerit putheum tempeſtiuos: beneque operuerit: uirides per annum totũ ſeruabit. An q uapor aquæ refrigerans efficit ne aſſiccent. ſeruatque uirides & uegetiores: & obturatio illa & ſpiritus ſatis alere poſſunt: quæ iam ī plenum creuerunt: permanẽdi uero facultas propterea datur q relictis radicibus ſuppetit alimentum nā ſiquis cũ fructificarũt detractis ſarmẽtis præciſaque planta terrā aggerarit conculcaritque circum radices: cucumeres faciet præcoques: utpote: cum radix ualeat cõſeruari. Haud enī cucumer annuā ſortitur naturā: ſed uiuere ulterius poteſt. Ferent autem iſti fructum maturius q̃ qui ſemine pdierunt qm̃ radix bona pars. S. operis præcondita iam naturæ habeť quod illis ſeminatis priur confici neceſſe eſt. Terræ autem aggegatio & cõſtipatio tepoẽ inducit quo radix & ſeruari & germẽ mittere celerius queat. Vnde etiam fit ut ſiquis per hiemẽ cucumeris ſemen in quallis ſatum aqua irriget tepida & modo ſoli exponat: modo collocet apud ignem pcoques admodũ cucumeres faciat ſi tẽpore congruo ad ipſum cum quallis in terram demittet.

Cur non meridie ſed mane noctuue irrigare cõſueuerunt. Vtrum ne ſolis feruor humorẽ abſumat: An q ſi aqua calida ſit necabit quæ irrigantur.

Cur omne odoratũ genus tam ſeminũ: quā ſtirpiũ mouere urinā poteſt. An qa calidũ eſt. cõcoctuq; facite. Cuius ſane generis ſunt quæ urinā ciere ualent. Calor nāq; interior cito extenuat. Nec aliq corpulentia odor cõtinętur. Nam & ea quæ minime odorata ſunt. alia caloris ſui ratione uim mouendi urinam habent. Vel potius colligandi: ſeminũ autẽ genus omne odoratũ calidum eſſe proculdubio nouimus. Odoris enim natura calore aliquo omnino creatur. At uero quæ male olent: haud quaq̃ apta concoctioni ſunt. Eſſe autem non calida ſolum: ſed etiam concoctu facilia debẽt: quæ ſint prouocatura urinam: ut. ſ. una deſcendendo humores extenuent.

Cur ocius olus excauleſcat: quod ſemine uetuſtiori ut trimo aut bimo pdierit q̃ quod nouo. An q ſicut in animantiũ genere ſemen id celerius affert quod uiget: ita etiam ſeminum quæ uetuſta admodum ſunt. uim ſuam omnem exhalarunt: quæ recentiſſima imbeciliora ppterea ſunt: q excre-

mentū adhuc procreationi minime conueniens continent. Quæ media tempore hæc humore in utili omni exacto ualidiſſima eſſe ꝓbantur celerius igitur ſemen ꝓfundūt. Id autem ipſum nō niſi excaleſcere eſt quippe cū ſemen ex caulæ proueniat.

Quā ob cauſā ruta inſita in ficū pulcherrima plurimaq; ꝓueniat. īſerit̄ uero inter corticem limoq; obducto fouetur. An ꝙ rutæ radix fomentū teporeq; deſiderat: itaq; cinere quoq; circundata iuuatur ficus aūt calida eſt. quod eius ſuccus oīum accerimus docet. & fumus quem multū emittit. habet igitur calorem atq; humorē talē qualem etiam cinis. Quāobrem ſi ille iuuare poſſit: ficus porro copiam ac uigorē eo magis ꝑſtabit quo humor cineris quidem non perpetue affluit fici uero irrequieto cōfluuio manat ut pote cū arboris ſuccus cōſumi ex toto nō poſſit.

Cur ſtirpiū nōnullæ caulē ſemper edant ianē. An illis quarum natura ībecillior eſt: has rarū ianēq; emittere caulem neceſſe eſt.

Cur in terra attica fructus cæteri dulciſſimi fiunt. Thimū uero acerrimū eſt cū id etiam ipſum fructus quidem exiſtat. an ꝙ ager ille tenuis ſiccuſq; eſt. Quamobrem non multum humoris continent quæ in eo naſcuntur. Ergo quæ dulcia ſua cōſtāt natura hæc ob humoris contenti mediocritatē: ubi ſol partem cōſumſit maximā faccile reliquo cōcoquuntur. Etenī multum concoq negociū magnū eſt mediocre expeditius cōfici pōt. Vnde fit ut fructus qui lege ſuæ naturæ dulces creantur: dulciores euadant. Qui ſicci e natura minimeq; dulces proueniunt. hiſnā ob inopiā tantum humoris retinent q̄tū ſuo cōueniat generi qđ dulce nequaq̄ eſt. Sol autē q̄tū dulciſſimū ſit: & leuiſſimū eximit. Itaq; acerrimi relinqūtur. humnore ſupuacuo carent: quē fructus cæteri obtinent.

Cur pulegiū & liriū cepæ ſuſpenſa florēt ſolſticii tpe. An īeſt crudū in his alimētū qđ ut hieme cōcoqui ex frigore neq̄t: ſic ſolſticio ex calore cōcoquens auget. Verū quia ī fluxii carēt aſſiduo breuī marceſcunt. Etenī quæ nullū alendi initiū nullū influxū aſſiduum habent intereūt exciccanturq;

Quade cauſa accidit apud. Scythas ut frumentū diu in terra maneat: propter copiam niuis. & ubi emerſerit celeriter creſcat.

Cur cepæ unū tā acriter modere oculos pōt. Vnde nomē quoq; a græcis cromoyon ipoſitum putāt perinde q̄ſi pupillā cōprimi cogeret. Origanus uero nihil huiuſcemodi facit. Nec aliud quippiam ex cæteris quāquā acre. Neq; enī Naſturtiū quod mordacius eſt oblatū oculis efficit æque ut lachrymæ profluāt. At cepæ & cū oculis admouet̄ & cū comedit̄ lachrymas monet. An ꝙ acrium genus diſcrimine euariat numeroſo quo ſua cuiq; uir cōſiſtit: rataque habet̄ naſturtium ergo qa calidus eſt reſiccare: quod collicauerit amplius poteſt. Nā extrudere lachrymā cū editur poteſt. admotū tamen ad oculos. nihil propterea mouet. Quia nullū mittit uaporē. Eſt enī id & ſiccius & calidius. Origauus cætera id genus calida ſunt leuiter & ſicca. Quod lachrymas autē moueat mordax id eſſe debet. & humidū & lentū. Quas ob res oleū quoque lachrymam excutit: q̄uis leniter mordeat. Subiens enī irreptāſque ſuam ob lentitiam atque tenuitatē dolorem mouet: ac proinde homorem tabificat. at cepæ uim eiuſmodi ſane habet ut quod & humore & uapore ſit calido: tenui & lento. Itaque oculis ad motum: eo ꝙ uapor eiuſmodi eſt: humorque tenuis cōmear lachrymas mouet: cūque edit̄ itidem tranſmiſſa reſpiratione facere poteſt. allium calidū quidem eſt & acre & humoris aliquid cōtinēs: ſed lentū nō eſt itaque lachrymā mouere nō poteſt.

Quam ob cauſam myrta colliſa in manu dulciora ſentimus quā integra. An quēadmodum racemorum acini uindemiati dulciores ſunt quā nō uindemiati. Etenim muſto quod natura ſuaue eſt excepti acini quaſi condiuntur. Quippe qui uel extrīſecus muſtum reſudent. At qui in racemo cohærent utique icōditiores conſtant. Ergo myrta quoque natura dulcia intuſque ſuā dulcedinem acinornm in modū uue continentia: ubi in manu compreſſa cōflictataque ſunt diffuſa inteſtina dulcedine: parte quoque exteriore inopplentur. Itaque dulciora nō īmerito ſentiuntur.

Cur myrta enucleatiora ſūt quæ minora & palmulæ nucleo pœne uacāt quæ minutæ odoleuerunt & nuarū acini q paſſim cōſtiterūt exigui uinacea uel nulla cōtinēt: uel pauciora minoraq;. An qa minus ꝑfecta ſūt quæ minora: iccirco ſemē cōtinēt idiſcretū: cui ꝓinde ut fini nucleus deputatus eſt: quāobrē & minora ſūt utpote ſurculi qdē agnati exteriores partuſq; iperfecti: & minus dulcia q̄ quæ iuſtū cōtinēt nucleū. Sūt. n. minus cōcocta. Cōcoctio aūt nō niſi ꝑfectio eſt.

Quam ob cauſam fructuū alii partē radici proximā habēt amariorē ut cucumeres alii poſtremā ſuperiorē ut glādes. An ꝙ aliis pars iſta radici ꝓxima crudo ueſcit̄ alimēto quoniā eſce cōfluuiū per radicem frequētat aliis quia ſicci e natuta ſunt poſtrema pars ſucco dulci cōcoctoq; inde aſſūpto iam plenius ſiccatur amareſcitq; modo ſolis. Reddit̄ enī unūquodq; amarū cū amplius exiccatur ut oliuæ ut glādes inueteratæ efficiuntur amaræ.

Cur aliqua germiuare nō terra cōtenta: ſed abſciſſa aut euulſa uel recōdita poſſint uel caules lilioꝝ ut allia ut cepæ. An ꝙ oēs alimeutū intra ſe continēt: nec certo diffinitoq; loco oēs oriunt̄. Creſcere autem unūquodq; pōt nō eo ꝙ in ſe continet alimentū: ſed ꝙ decoctum iam & digeſtū illud pabulum eſt: continent igitur uel ante hac alimentum: ſed augeri tum dumtaxat incipiunt: cum

tẽpus ad id adeſt:cuius opa res illa effici nõt uelut etiã oua crocodyloꝝ tẽpus tute opiri ſibi commodũ nouimus ĩcremẽtũ tñ cõtinuari nõ licet:qm̃ aliud nõ ſuppetat alimentum.

Cur allia & cæpe quo ſicciora ſeranť:eo meliora poſſint auadere.cætera autem deteriora. An ꝙ oĩa iſtiuſmodi maxime plena humoris conficiũtur.Itaq; terræ cõmiſſa ſicciora temperamento cõmodo germinare incipient.Adde ꝙ minus putrent cũ ſicciora ſeruntur.

Cur allia & cepæ ſole ex plãtis recõditæ germinare poſſint.an ꝙ humore alimẽtoq; ſunt refertæ.copia igiť alimẽti eſt ꝙ germẽ efficere queat.Idq; cõſtat argumẽtoq; eſt ſquillarũ ; tũ etiam bulboꝝ qui idẽ facere poſſunt.creſcere autem quodq; ſolet cum tempus uenerit.

Quã ob cauſam quæ aqua frigida irrigamus dulciora q̃ quæ tepida euadant. An ꝙ ſic interclusum calidum ſalſius eſt:ut calidius quod ſalſim.dulce autem ita cõtrarium ut frigidum eſt & alimento oleribus humorẽ unde ſapoꝝ genera oriuntur.

Cur allia cum excauleſcunt plenius q̃ recens edita olent.an ꝙ recentia humoris multũ adhuc extranei continent:quo fit ut uim ſuam integram habere nequeaut.cum autem decocta iam ſunt ſecreto humore illo ĩutili.Tũ ſuũ odorẽ ſincere adipiſcũtur:qui.ſ.acer eſt. Quinetiã cæteri nuper editi fructus dilutiores ſunt:& cepas recẽtiores ob eam cauſam minus acres ſentimus.

Cur fructus myrtorum non conditarum magis q̃ folia defluant. conditarum autem reſeruatarũq; alga:ut fit:folia defluant:fructus adhæreant.an ita euenrt nõ conditis ; quoniam natura ſantitum eſt:ut fructus peracta decoctione flacceſcant ac decidat.Quæ qnidem decoctio repoſitis agi non poteſt:ſed eatenus tm̃ efficitur ut alge uapor prohibeat ne humor fructus ĩmutetur.Folia contra cum ſiccent decidunt.Alga autem ut ſalſa exiccandi uim habent.Ergo non idem foliis accidit arbori adhærentibus & conditis modo quo dictum eſt.

Quam ob cauſam cucumeres.cognomento pepones optimi paluſtribus planis : ideſt humidis fieri ſoleant:ut apud orthomenum:& in ægypto.Aquarum & enim uberem terram eſſe ægyptum putamus.cum ergo cucumeres qui humidi ſunt:& ob id orthenſes ac rigui minime laudati locis paluſtribus quæ madida ſunt egregie fiant. Vtrum ꝙ ob terræ duriciam altius coguntur deſcẽdere. Solum nãq; limoſum ac planũ maxime indureſcit.Qui autem altius innitũtur meliores euadũt. An ꝙ terram ſiccam eſſe oportet:quoniã cucumeres natura humidi ſunt.Ita enim ſequetur ut per retractum in medium ueniant.Paluſtris uero ſi plena altaq; ſit:alimentum nec exiguum præbet,ꝑpter ſoli altitudinem:locũq; ipſum neq; nimiũ.quoniã ſolũ reſiccari neceſſe eſt.

Quã ob cauſam ruta & nõnulla pigmenta odora ſudorum faciant fœditatem.An quorum in odore grauitas eſt atq; acritudo ac cum excrementiciis mixta humoribus deprauare odores poſſunt.

Qua de cauſa rutam faſcinationis remediũ aſſe aiunt.An propterea quia tum effaſcinari ſe credunt cum aut foraciter edunt:aut incõmoditatum aliquarum tenentur ſuſpitione:aut cibum habẽt ſuſpectum quem capiunt.iteq; cum de menſa eadem quid priuate ſibi aſſumunt:participem intuentem quẽpiam faciunt:aſſanturq; cũ impartiant ne me faſcines:ergo cibum cum perturbatione:ſumunt:nec quid bibẽt aut edẽt ſine turbatione:& flatu qui una hauriatur & ingeratur.Quãobrem flatu ipſo uel cum extrudendus effertur cibus quoq; una elatus eiicitur:uel cum interclusus ꝑ humorem tenetur tormina moueň & cruciatus:Igitur ruta ꝑſitata ui ſua & poteſtate calefactoria uas quod recipit cibos elaxat & reliquum corpus itidẽ afficit ; ex quo fit ut flatus ille interclusus tranſmitti atq; ſecedere poſſit.

Quæ nam cauſa ſit:ut origanus muſto iniecta uinum dulce efficiant duos in amphoram iniecisse eminas ſatis eſt:an ꝙ tollit quãtum in muſto eſt : aquabundum & ferulentum ſua ſiccitate in ſeipſa recipiens quibus ſcilicet ſaporem confici auſterum cenſemus.argumento ꝙ uina ſiquid aquæ habeent ſibi illabatum minus mollia redduntur:atq; & ſi diutius ſtare in fece ſinantur itidem fiet & cũ uinum dulce molimur uuas mnltum temporis ſoli exponimus:ut ſol quãtum ſit dilutũ auferat:& reliquũ decoquat hoc aũt idẽ facere uel origanus poteſt.Quippe quæ ſi ſicca & calida.

Cur nigræ myrti fronde ſunt frequentiore quam albæ:an ꝙ nigræ generis ſunt ſilueſtrioris cuius indicium ꝙ locis ruſticis iſtæ proueniunt minimeque ex cultu mutantur : humida autem omnia fronde crebriore conduntur.Quod enim minus ſuos fructus decoquere poſſunt.Iccirco ad frondem alimentum ſe uertit.

Cur ptiſana & farina triticea oleo inſtillato reddi poſſint candidiora cum ruffum oleum ſit. an ꝙ ſpumare ſolet dum cum humore miſcentur. Quod non niſi albeſcere eſt. Mixtio uero uerſatu agitatuque fit ; & cum corpulentis humor committi melius poteſt ; quod ſane in polentis accidit.

Cur cibus triticeus maxime corporibus noſtris competentior atq; ueſcẽtior eſt; quã ordeaceus. An ꝙ hic mediocrem habent lentitiam quam cibus habeat oportet:quippe qui adhærere conglutinariq; corpori debeat.Quæ res non niſi lentore effici poteſt.Ordeum uero orridius eſt. Itaq; maſſa eius longe pertrita ualidius alit quam parum attractata.

Cur farinæ triticeæ primum ordeaceæ ultimum candidius eſt. An alterum ut durius circũfrangitur idq; agitur cum plurimũ temporis mollitur: alterum ut molius: atq; tenuis quãprimũ exprimit. Candidius autem in utriſq; quod interius eſt.

Cur panes frigidi albiores cernuntur q̃ calidi. An eadẽ quodã modo cauſa eſt: cur inueteratũ quoq; oleum candidius ſit quã recẽs. cauſa nãq; nigroris humor eſt: hic autem in hiſce utriſq; ut recentibus uberius continetur: ſic tempore prouectis partius in ſuperficie reſidet propter euaporationẽ. Euaporatur prorſus oleũ uel tempore uel ſole. Panis autem calore inde egrediente per refrigerationem humor itaq; frigidis iam euanuit calidis adhuc ineſt.

Cur panes nõ ſaliti plus põderẽt q̃ ſaliti: modo cætera omnia pari habeantur menſura. Contrarium nãq; uerisimilius dixeris cũ ſal adiciatur: & grauior ſit q̃ aqua. An quia ſal exiccare poteſt exquo incorrupta ſeruantur. quæ confecta ſale reponimus. Abſumitur enim a ſale reſiccaturq; humor q ex calore putreſcit & in pane igitur humor a ſale conſumitur extraq; eflatur: quocirca panes pridie facti leuiores q̃ calidi ſunt: utpote frigidiores: contra his qui ſale uacant humor largior inſidẽs efficit grauiores.

Cur panes frigidi humefacti: ſi iuicẽ tãgãt nõ cohæreãt calidi cohæreãt. An q frigidi lentorẽ ſuũ cũ uapore una emiſerũt: quo exacto cõglutinari nõ amplius queunt: humor enim quo maduere rigidus eſt. Calidi contra lentoris aliquid continẽt: ex quo fit ut cum madefactis uapor emigrat: calor ob ſuã tenuitatem reſpiretur & euaneſcat. Glutinoſum autem illud cum calore egrediens ſeq; cũ humore permiſcens: facit ut inter ſe panes cohæreant.

Cur farinæ triticeæ primũ ordeaceæ ultimum candidius prodeat. An q ordeum ut rigidius protinus obfrangi diffundiq; aptum eſt: quod maxime fit cum diu cõtunditur. Triticium mollius eſt. atq; ob eam rem parte exteriore leniter diducta interiorq;: quæ candidior eſt: expreſſa primum cõtunditur. Eſt autẽ in utriſq; candidius quod interius eſt.

Cur maſſa ordeacea quo plenius tractetur: teraturq; eo magis aluum ſubducere leuigare quæ poteſt: triticea contra quo plenius eo magis. An quod triticea maiorem in modum contrita minuitur. Lentum etenim quoq; affici ita ſolet: tum ignis humorem panis undiq; eximit. Itaq; rigidiuſculum humore ſublato relinquit. Deniq; quãto plenius cõtractatur & teritur tanto frigidior redditur. Partes enim ſingulas deminui adeo agitatas extenuariq; neceſſe eſt. Rigidius autẽ omne cõcoqui facilius poteſt: Ordeacea cõtra quo amplius preſſatur & teritur eo lentior & tenacior humore inhibito euadit. Tenax autem omoe ad lentum diuidi ſane haud facilis poteſt. Quã quidẽ diuidendi difficultate fit ut ægre concoquitur Quod enim concoctionem recepturum eſt digeri in minima adebet.

Cur maſſa ordei contritata minor tritici amplior reddi poteſt. An quod ordei farina maſſata cõtritataq; compeſcitur atque conſidet ſcilicet glutinamento humoris. Quia rara & craſſiuſcula eſt. Triticea quoniam ſpiſſa admodum eſt: colleuatur: atque extollitur. Spiſſa etenim omnia ſubacta pertritaq; incaleſcunt & incaleſcendo inflantur: ac extolluntur quomõ etiã caro pfricata extollit.

Sed cur maſſa triticea in igne amplior quã ordeacea reddatur. An q humorem triticea continet ide ſecretũ. Qui cũ calefactus egredi nequeat: ſcilicet exptritionis cõpreſſu: mox ſpiritus de eo cõcalefacto humore naſcitur: largior autẽ humor largiorẽ pariat ſpiritũ neceſſe eſt.

Quam ob cauſam cũ mel tenacius: q̃ aqua ſit: farina mulſo ſubacta frigidior reddatur ubi decocta eſt quam aqua ſubacta. An q aqua feruore ignis cogitur atque cõſiſtit mel cõtrahit quidẽ: ſed nõ ſine aſſiccatione. Itaque rem facit frigidiorem. Cauſa nanque rigoris in ſiccitate eſt.

Cur biſcoctus panis refrigeratus minus duriciã præ ſe ferat. An q triticũ dulcẽ quẽdã ac lẽtũ ſuccũ in ſe cõtinet qui ueluti aĩa eius eſt. Indiciũ q cũ ſiccet oĩno exinanit. cũ aũt uaporis aliquid ſentit mox erũpit. & coaleſcit. Ergo cũ humor hic in farina quoq; tritici inſit: maximeq; in ea quæ puriſſima eſt efficit: uel in maſſa ex ea ipſa farina cõfecta idẽ ſeruet. Argumẽtũ q decocta in pulpẽ reddit lẽtior. Vbi igit panis primo igni cõmiſſus ẽ portio ridigi & leuis cũ humore euaporat & q̃tũ ĩ farina furfureum maxime eſt totum deurit. Mox pane educto cum denuo maſſa retritatur: preſſaturq; pars farinæ tenuiſſima: & humoris lentiſſima: quæ ſolæ ſuperſunt miſcentur amplius ſibi tum quia tales amplius euaſerunt: tũ quo ꝓpter ignitionẽ. Fit enĩ mixtura eoꝝ ticturæ cõſimilis ita ut maſſa poſt trita ſimilis farinæ illi elixæ afficiatur. Quippe pertrita iã prima relictaq; parte farinæ tenuiſſima: & humoris lentiſſima glutinoſa: & reſiccabilis redditur: ubi ignẽ perſenſit: nam & diſiungi facilis quod lentum eſt nequit. Et humorem nullum per ſeipſum emittit quod ſpiſſũ eſt: Hac igitur eadem re panis quoque biſcoctus ob cauſas prædictas afficitur. Itaq; minus dureſcit cum ſemper inter ſe humiditatem contineat.

Cur nõnullis de genere cibi: Tum humidi tum ſicci multum temporis ſine faſtidio uti poſſimus: ut cibo quem triticea ex farina ordeaceaue conficimus. Et uinis auſteris & aqua: aliis uero quãuis ſuauioribus: non tamen ſine faſtidio totiens uti poſſimus. An q eorũ quæ in cibo aſſumimus:

alia ualidius alunt;ſuntque ad inundandum aptiora.Itaque uel ubi cibo priore conſumpto uacui ſumus.ineſt præterea facultas multa in carpore;quæ ut ad priorem corporis confectionem decocta;ſic ad finem & ſuccedentes coquendi uicem cruda animaduertitur. Cuius ſane generis pars plurimũ ſuauium eſt quæ enim pinguia & dulcia & opima ſunt hæc nobis guſtu ſuauiſſima ſunt. Eandẽ omnia ualide nutriunt: & decõcoqui poſſunt ſolẽtq̧ ĩnudare quocũq̧ inter ſeipſa diſerimine diſſẽt. Vnde efficiẽ ſiquis ſeſe ĩplerit facultas eoꝝ diutius ĩmoretur. Nec breui ſenſus deficiat. Nõ enĩ ſolũ pleno uẽtriculo ſatietas oriẽ;ſed digeſta quoq̧ alimonia cætetas in partes idẽtidẽ uſu euenit. An nõ id ſolũ ipſum cauſæ eſt;uerũetiã ꝙ nõnulla ꝑ quã modicæ naturæ uſui ſunt nobiſq̧ familiariſſime cõueniunt. Hæc enĩ oĩa quia ſecũdũ naturã ſunt iccirco melius a corpore dulcia recipiũtur ut quæ ꝑter naturæ rationẽ facile reſpuunẽ. Alia uero aliis tẽperationibus cõgruunt: ut mel apibus ſecũdũ naturã ſic ſuppetit, ut ea ueſci tm̃modo poſſint q̃q̃ uiribus ſunt ĩbecillis. Itaq̧ relinquẽdum quidẽ eſt q̃tũ abſumaẽ. Sed id ex ꝓportione ad uires hoĩs. Quæ igiẽ e ſuauibus ita ſeſe habent. Hæc qm̃ natnræ minus propria cõueniunt;ſuauia quidẽ ſentiũtur;ſed parũ tp̃is mox ſaciãt & faſtidiũ pariũt. Quæ autẽ ſecũdũ naturã pro cibo deputata homini ſunt hæc ſemꝑ appetimus. Itaq̧ fit rõne naturæ ut uſu quoq̧ eoꝝ aſſiduo minuſq̃ ſuauiũ faſtidire poſſimus.

Cur eadẽ ex aſſueſcẽtibns ſuauia & admodũ crebro utẽtibus inſuauia ſentianẽ cũ tamen aſſueſcere ſit ſæpe & crebro quicq̃ facere. An qa cõſuetudo habitũ rei cuiuſpiã cupientẽ in nobis efficit non ſatietatẽ frequẽs autẽ uiſio deſideriũ explet quod & ipſum quaſi cauſa quædã eſt. habitus ergo cũ exercitãtur augẽtur atq̧ proficiũt. Cõceptacula uero in farta nihilo ampliora reddunẽ. Quãobrẽ cõſuetudo cũ exercitatio ſit auget habitũ illũ capientẽ. Quod autẽ uſu crebro in cibo aſſumiẽ infartit quidẽ expletq̧ deſiderium;quo expleto nõ amplius eſcam recipimus;ſed augere illud idẽ nõ poteſt ob eam ſcilicet rem quã modo de infartione rettulimus. Ad hæc non ideo ſuauis conſuetudo eſt, quia ſemper delectet. Nam res etiã ſolitæ moleſte ſunt ſi uſu quis agit crebriori;ſed eo certe ſuauius agiẽ qm̃ opis principiũ libẽter adimus & diutius rẽ facere eandẽ aſſueti q̃ nõ aſſueti ualemns. Qua igitur re moleſtum hoc eſt quãquã ſuaue ſit hac eadẽ;cærera quoq̧ ſuauia efficere poſſunt. Vtraq̧ enim cum crebro uel fiunt uel pro cibo ſumũtur tediores certe afficiunt. Cuius ſane cauſa eſt quod nos uires ſiue uirtutes uel recipiẽtes uel agẽtes non infinitas; ſed finitas habemus quæ ubi quidẽ ſibi modice competat obtinuerint;id enĩ eſt quod cõtinue amplificari ſentiatur alteræ ſatis explentur alteræ agere nequeunt.

Cur panes ut parum triti ſic nimium triti rũpantur. An ꝙ parum triti quoniã partibus minus cõnexis inter ſeſe continẽtur;iccirco rumpi facile queunt. Tricatio enĩ partes copulat & coniungit. Ergo ſuo ipſi diſcrimine ad diſruptionẽ paratiores regũtur. Adde quod multũ humoris & in ꝓmiſcuum continent qui minus trituram præſſurãq̧ recepere. at quos nimiũ tritos igni mandauimus hi ſicci admodum ſunt;quoniam humoris parum ĩmodica agitatio tritandi reliquerit; idq̧ decoctis totum exactum eſt. Igitur rumpi utroſq̧ neceſſum eſt;quoniam humoris multum educitur: multum enĩ ut abſolute in his continetur quos parum tritaueris. Sic reliqui comparatione in his eſt. quos ĩmodice agitaris.

Cur maſſa triticea candidior pertrita efficiaẽ ordeacea nigrior. Vtrũ quod per ſumma ordeaceæ nimium aſſicatur. Calor autẽ humori permixtus candorẽ gignit;an quia cum lalefacta eſt humorẽ ad ſeipſa trahit;ut quæ partibus maiuſculis conſtet.

Quam ob cauſam farina aqua ſubacta melius coeat;q̃ oleo ſubacto quod tenacius eſt: q̃q̃ glutinantius quod lentius eſt. Oleum autẽ lentius q̃ aqua. An ꝙ aqua tenuior eſt ut uſq̧quaq̧ ſubire emollireq̧ ualeat. Coheret itẽ & cõprimiẽ inter ſe melius farina aqua ſubacta q̃q̃ etiam ſine contritu comprimi queat.

Cur maſſa tota leuior ſit q̃ ſeorſum humor & farina. Vtrum quia cum miſcentur ſp̃us intercludiẽ. An quia pars aquæ a calore farinæ indito euaporatur;itaq̧ minus id redditur quod ex utroq̧ mixtum conſtiterit;aer autem aquæ tametſi miſcetur nihilo tamẽ leuiorem faciat. Nam ipſe quoq̧ aer cum aere pondus augeat.

Quam ob cauſam lac uinũq̧ dulce quotiens cum farina ordei bibitur dulcius ſentitur. Vtrum ꝙ ad non dulce dulciora iſtæc eſſe uidentur. farina enim dulcis non eſt;aliter quia humor dulcis mixtus cum farina diutius immoratur. An propterea quia farina quæ dulcedinem in ſe habet aliq̃diu ĩmoratur;itaque diutius ſentio habetur.

Cur eadem potio minus meram appareat ſi farina ordei ĩnſperſa bibatu. Vtrum quod diuerſa ſibi miſcentur & tẽperanẽ;an qm̃ farina humori obducta in ſeſe retrahẽs abolet qualitatem.

Cur alica plus aquæ recipiat q̃ triticũ unde cõfecta eſt. An propterea ꝙ alica farina quodam modo eſt ſimilia farina autem plus aquæ imbibit;moles ebim amplior eius q̃ tritici eſt. Preſſius namque & conſtipatus triticum eſt. At ꝙ autem amplius eſt;plus id capere poteſt. An nõ ſolum ea ipſa de cauſa ita fit;ſed etiã calore quẽ intra ſe continet & farina & alica efficitur ut bibacius hauriant;

quod enim calidũ eſt humorem id & efficatius ad ſe trahit:& expeditius in uaporem conſumit

Cur farina tritici maſſata pertritaq; longe amplior reddatur q̃ ordei ſcilicet exproportione. An quod altera multum humoris ſibi admitit:altera parum. Sed qua de cauſa plus admittat. Congruens enĩ potius dixeris:ut ordeacea bibacior ſit. Quippe cum ordeum toſtũ triticum non toſtum ſit. An ꝓpterea ita fit. Quia trituram pleniorẽ triticea patitur. Cuius cauſa eſt:quod partibus minutiorib⁹ cõſtat. Fit igitur quaſi ut quantuplo partibus cõtineri põt minoribus tãtuplo humorem ſibi largiorem admittat. Quippe quæ ipſum humorem pro glutine ſibi capiat Empedocles quoq; ſuis in perſicis diuerticulo quodam ait. Multæq; humoris proinde abſumere queat.

Cur etiã igni mandata maſſa tritici amplius augeatᷣ q̃ ordei; An ꝙ humorem in ſe cõtinet indiſcretũ qui recaleſcẽs extrudi nequeat:hic ergo cũ in ſpiritũ tranſeat:ne ſeſe ꝓmere patitur:atq; ex maſſa ordei poſſit uidelicet propter tritici ſpiſſitudinem:ſpiſſius.n.eſt quod ꝑtibus cõſtat minutioribus Iccirco extollit molemq; agit ampliorẽ. Ad hæc plus iſta humoris cõtinet. Quo recaleſcente ſpiritus prouenire ſolitus eſt. Ex quaq; re autẽ pluris plus proficiſcatur:neceſſum eſt.

Cur piſtorum cæterorumq; officio fungentium frumentario:qui ordeum attractant imbecilli efficiantur:& deſtillationibus infeſtentᷣ. Qui aũt triticũ corpore ſint bene habito. An ꝙ facilius triticũ concoqui q̃ ordeũ poteſt. Atq; ea re delibamenta inde manantia eſſe faciliora neceſſe eſt.

Cur panis toſtus durior tepefactus humidior reddi aliquantiſper poſſit. An quoniam cum torreſit humor extruditur:itaq; panis relinquitur durior. Leniter autem cum recaleſcit humor conſiſtens ab igne diffunditur. Humidiorq; proinde exiſtit.

Cur farina tritici reſiccata minus conſtipetur q̃ ordei. An quod intercapendine uacãt : quæ ex partibus conſtant minutiſſimis; & plura quæ grauiora ſunt:compreſſa ſuopte pondere tantumdem occupant quantum pauciora. Sed farina ordei craſſiulcula eſt:itaq; ſiccata compeſci atq; in minus contrahi poteſt :ut quod minus eſt ſuo compreſſu plus illud conſtipet in ſeipſum capeſſatque: triticea porro particulis minutiſſimis iam conſtat. Itaque non ideo reſiccatur ut partes reddantur minores : ſed ut leuiores efficiantur minuſq; conſtipentur ſuo compreſſu & nutu . Natura enim grauior farina triticea q̃ ordeacea eſt.

## DECIMAQVINTA PARTICVLA QVAE AD FRVCTVS ARBORVM PERTINENT.

QVam ob cauſam poma non ita prius eſitata in repletionis mole reſpõdeant. An qm̃ cæteris eſculentis genus pomorũ longe grauius eſt:quod argumento ficuũ conſtat quæ nouiſſime æſtate ultimæ tñ euomuntᷣ. Poma igitur ante ingeſta ſuo pondere in imũ delapſa:ſpacii amplitudinẽ relinquunt ſuperius ut cibũ ſequentem admitti facile liceat. At ſi ecõtra ſumãtur uſu eueniet ut quoniã deorſum ferri expedite non queant:innatent & partem totam fere occupent inanem.

Quãobrem cũ dulcia nobis ſimiliora q̃ acria ſint:ocius a dulcibus impleamur. Cõgruũ enim ut cõtra eueniat:quãdoquidem a ſimilibus minus ſatiari conſentaneũ eſt. An quoniã nõ æq; præmature cõceptaculũ:ex quo hauſimus & corpus quod ueſcitur impletur:ſed uenter quidẽ repletus aliquãdo eſt:ut eorum qui ſitiunt. Sitis autẽ nihilominus ſupereſt. Nõ enĩ ea de cauſa ſitis ceſſat: qa uẽter plenus homoris ẽ:ſed qa mẽbra corpis oĩa humorẽ cõmodũ ſibi attraxerint:ꝙ ubi illa ſatis ſuũ deſideriũ expleuerũt tũc ſitire ceſſamus:ita etiã fames:nec aliter tolli poteſt.

Cur ocius a dulcibus q̃ acribus ſentiemur. An qa ocius dulce q̃ acre appetere deſiſtimus:ſed an ꝓinde ut uenter impletur:nos quoq; dulcibus ſaciari poſſimus cõfeſſum nõ eſt. Cũ igitur deſideriũ celerius his ipſis expleri poſſit docẽdũ eſt. Alimẽti deſideriũ ſiue cupiditas ut ſimpliciter loquar indigẽtia eſt:cũ cibũ uel nullũ uel paucũlũ habemus. Quod cũ acria nõ ualide nutricare queãt : ſed parũ alimoniæ multũ habeãt excremẽti:merito amplius hæc appetimus : parũq; eoꝝ cupiditatẽ exprolemus:qm̃ alimẽto itẽ legemus:quo ipa careãt. At dulcia tota ipſa cibus idoneus ſunt : atq; ex paruis qbuſdã eiuſmodi eſcã corpus capit uberiorẽ. Quod cũ ſe abũde referſit:nihil edere ꝑterea poteſt. Plus enĩ tollerare nõ poteſt:atque ita efficitur ut ocius a dulcibus ſatiemur.

Cur fructus arboꝝ & canes & cætera id genus utribus uehemẽter ĩflatis cõtẽta ualeant ĩcorrupta edurare nec minus quæ diligẽtiſſime picata obturataque circũundique fuerĩt. An qm̃ corrũpi oĩa ſolẽt cũ mouentᷣ. Quæ aũt plena ſũt ĩmota pſiſtũt:haud enĩ fieri põt:ut motus ſine inani ſpacio agatᷣ. Atqui iſtæc quæ ita ĩcluſa ſũt pleno undiq; cõſtãt:ergo ĩcorrupta ſeruari rõne.

Cur uinũ poſt pomũ putre epotũ amarũ ſentiatur. An amarorem putredo habet. Itaq; quod de pomo per ſumma inſidet linguæ humori qui bibitur permixtum:diffuſamque amaram efficit potionem. ipſum autem pomũ per ſe eſitatum minus depræhendi propterea poteſt:quia ſaporis id genus multa atingat inq; exigua diſcenatur.

Cur edenda bellaria ſit:uſuſq; ſecundarum menſarũ adiici debeat. An ut ſatis bibamus . Non enim

ſitis gracia ſolum quæ per mēſam primā nos teneat bibēdū:ſed ēt poſt hauſiſſe aliqd iuuat.

Cur nuces toſtæ refrigerate deteriores redduntur:& panis quoque & glandes: & multa id genus alia rurſuſq; calefacta eadem meliora euadant. An propterea quod refrigeratis ſuccus cōcreſcit & cōſtat tepefactis rurſus dilabitur. Suauitas autē nō niſi per ſuccū percipi poteſt.

Cur poſt fructuū eſitationē. ut ficuū cæterorūq; generis eiuſdē uel uinū merū uel aquā ſupbibere debeamus. quæ qdē aduerſa iter ſe ſūt. an qa genus pomorū & calidū & humidū cā ſuæ generatiōis eſt. habet enī tū ignis copiā tū humoris. itaq; ſuccus pomi ueluti feruorē int⁹ pignē excitat quo mō muſtū foris efferuet. uī tū hebetiore humor aūt minus cruditatē cōmittit. Aqua igiť ſuo frigo re feruorē illū frāgit. atq; extiguit & uinū ſuo calore idē plærūq; efficere pōt: quippe qđ perinde at ꝗ ignis igni multus pauco uires ſubtrahat. amplius tamē humoris copiā ſuo calore emollit:& cō coquit: ſuoq; pōdereinnatantem illum feruorem uincit ac reprimit.

Quam ob cauſam caricæ bifidæ tantū dulciſſime ſint nec multifidæ: aut omnino in fidæ dulcedinē præſtēt. An ꝙ ex multifidis reſpirauit: euaporauitq; cum humore pars dulcedinis plurima ī his aūt quæ infiſſæ coniuent humoris diluti copia eſt: quod nihil fere inde exactum fuerit. At quæ fiſſe q dem ſed tamen fiſſura multiplici ſunt immunes utroq; iſto incōmodo caruerunt.

Cur ſi ficus in furno ſiccantur: duriores efficiuntur ꝗ̄ ſi exēptæ foris refrigerenť. An quoniā in fur no humor totus ex nimio calore euaporať: foris aer circūfūdēs humorē cōtrahi emanareq; ꝓhibet ita. n. ut leuiter euaporetur potius accidit. Sūt aūt quæ ſiccēt dura: quæ humēt mollia.

Cur ab acerbis uinū aut aqua epota dulcior ſentiať: exēpli grā ſi quis glādes: aut myrta aut tale quid ori māduerit. An merito ita fiat: queādmodū uel in cæteris agiť: oīa nāq; plenius eadē apud ſua con traria innoteſcūt: Contrarioꝝ autē ſapores oppoſiti ferme inter ſe ſūt. An ut res in his eſt: quæ co lore inficimus: ita etiā lingua acerbis cōficitur illis: meatuſq; ſuos patefieri patitur: ut dulce ſubire amplius poſſit. Res enī quaſq; inficiēdas humoribus quibuſdā acerbis ante īmergimus: ut inde af fectæ īfici colore plenius atq; in eluibilius poſſint.

Cur dulcia minus dulcia ſentiētur calida ꝗ̄ refrigerata. Vtrū propterea quod ſimul ſēſus duo exiſtūt ideſt calidi & dulcis itaq; calidi ſenſus reliquū depellit atq; obfuſcat. An ꝙ etiam ſuccus dulcis cali dus eſt: itaq; ignis igni adiicitur: ergo calor eſt: qui impediat. An ꝙ ignis uires omnium minuit quia uim obtinet commutandi: calida igitur propiora mutationi ſunt: refrigerata reſident ſibique iterum conſtant.

Cur paleæ fructus duros atq; inconcoctos emoliunt immaturitatemq; adducunt. mites autem & cō coctos non putrefaciunt. An ꝙ palea calida & attrahens eſt. Suo igitur colore concoquit:& per uim illam attrahendi ſaniem omnem ſeuocat: atq; imputridos ſeruat.

Qua de cauſa ficus cum moles dulceſq; ſint dentes offendant. An quia gingiuis ſua lentitate adhæ rēt ſeque præmolles inter dētes inſinuāt: & putredinē per ſuū calorem cito conficiunt forſitan & ob granoꝝ ſuoꝝ duriciam dentes celeriter effatigāt cū manducantur conficiunturque.

## DECIMA. VI. PARTICVLA QVAE AD MARE SALSAMQVE OMNEM AQVAM ATQVE AQVAE CALIDAE RATIONEM PERTINENT.

CVr fluctus pelagi alti ſuperfrangi non ſoleant: ſed parui tantum & breuis. An quia parum humoris cum fertur diſcerni a ſpiritu facilius poteſt: quā multum. Cur naui gia onuſtiora in portu ꝗ̄ in alto eſſe uidentur celerins etiam de alto in terram ueni unt quā de terra in altum prouehunť. An quod plus aquæ ꝗ̄ minus reniti ualidius poteſt: pauca. n. oppreſſa onere redit: ut demergi neceſſe ſit: multa econtra repellit ac ſubſtinet. Vis enim ea eſt aquæ ut ſurſum uerſus compellat inferius ergo ut in por tu maris parum ſic multum in alto eſt: Itaque plus oneris conuehi in portu uidebitur: ēt mouebiť ægrius qa magis īmergitur & aꝗ̄ minus reniti pōt. At uero ī alto res cōtra uſu eueniat:

Curfluctus interdum prius eueniant ꝗ̄ uenti. An quoniam primo ſpiritus ortu maris pars prima im pulſa partem ſibi continuam ipſa compellit: itidemque deinceps uice pari: ſeriæque agitatur per petua. Quamobrem cum mare ipſum continuum ſit: efficitur ut quaſi unus ictus cōtinuos ex his omnibus exultet: idque fieri uno in tempore poſſit. Itaque euenit: ut prima & ultima pars ſimul moueant: quod aeri nunquam accidit: quia cordore uno continuo hic ēe non poteſt: eo quod mul tiplici undique repulſu retorquetur atque conquatitur ut primus ualidiſſimus que mouendi impe tuis refringatur impediaturque: Quod mari accidere propterea nequit qua grauius aere motuqne difficilius eſt.

Quam ob cauſam cum aliquid in mare undabūdum & æſtuans iactum eſt ut ancora unda reſidet & quieſcit: An quod mari ponderi cedit quod defertur quo cum aer delabatur: qui cum per dire ctum in imum defertur atque atrahittur ſecū eodē id ttahit quod mare delatere concitat: æſtus

autem maris nō deſuper tendit ad ima:ſed per ſumma uerſatur:quo ſedato tranquilitas oritur.Ad
hæc cum mare in ea ſpacia coit:quæ ponderi deſcendenti ceſſerint:uertiginem mouet quæ non
niſi circulo agitatur.At cum linea recta circulum ꝑ punctum attingat:fluctuſq; ad lineam rectam
obliquæ ferantur:fieri pōt ut fluctus ipſi ꝑ punctum oras uertiginis attingant:nec prædictam ob
cām tantū ſed etiam ꝙ ipſa uertigo accedens ſuo impetu circūundiq; illos depellit:quod cum itaq;
fluctibus pars ea uertiginoſa careat:merito unda iacta anchora reſidet tranquillaturq;.Adde ꝙ aer
qui cum pōdere illo delapſo deſcendit:mox ſeſe referens undamq; ſurſum compellēs bullas excitat
quippe cum bulla humore conſiſtat:qui de imis ad ſupera pulſus ab aere efferatur:omnis autem
bulla lenis ſerenaq; eſt.Indicium uero ꝙ unda q̄ pondus in imū corruit: ſubmiſa in cauū paulopoſt
reſurgit:& mari circundanti æquiperat.

Cur interdū nauigia dum curſū agunt in mari quieto repente abſorbentur:totaq; ita periunt ut ne
naufragiū quidē fluitans nuſq̄ appareat.An cum locus cauernoſus terræ ſubditæ mari diſrumpit̃
ſimul in mare nauigia introrūpunt̃: introrſūq; ſpiritus īpetu trahuntur. Cumq; īpulſu pari circū
undiq; agitentur:deorſum ferātur neceſſe ē.Hoc idē apud Meſanam quoq; in freto fluctu recipro
co euenit.Fiunt enim eo ipſo uertigines:quæ in imū obſorbēt:tū ob eā quā diximus cām tū ēt ꝓ
mare illud ē: terraq; ad lōginquū uſq; ſubhiat cauernoſa.Vertigines igitur eo uſque per uim ducti
tāt itaq; efficitur:ut inibi fragmēta nulla ualeāt fluitare. Fluxus autē ille fieri ſolet cū flatu deſiſtē
te priore:mari itē fluente flatus aduerſus primo occurrit maximeq; cū auſter.Cū.n.unde inuicem
curſitāt:inflictu prætereunt mutuo:quo ſcilicet modo ī fluminibus fieri nouimus:atq; ita mare ī
girū uertitur:quæ uertigo aut uertex uocata eſt.Fertur autem unda mamfractū inicio motus uali
do deſuper irruente. Igitur cum undas urgere inlatus non liceat:impulſu namq; repellūtur mutuo
compelli prorſus in imum neceſſum eſt. Quamobrem id quoq; deferri eodem una cogitur quod
uertigo præhenderit eademq; cauſa eſt:cur etiam nauigia reſimentur:repandaq; deferatur cum de
uorantur a uertigine:Iam enim aliqua erecta.ex toto deſcendiſſe memoriæ proditum eſt.

Cur mare ponti candidius quā ægæi eſt.Vtrū propter uiſus refractionē factam demari in aerem.Eſt
enim aer pōti craſſus:& albidus itaq; fit:ut etiam maris pars ſūma talis eſſe uideatur:ægæi uero
quoniā a longinquis uſque purus & liquidus eſt:cerulius cernitur quo circa mare quoq; aeri reni-
tēs: colorem eundem repreſentat:An quod lacus omnes q̄ mare candidiores ſunt:pōtus autē in la
cus ſpēm propemodum tranſit:eo ꝙ multi in eū fluuii effluunt:nec uero mari ſolū candidior lacus
ē:uerūetiam fluuiis:Vnde pictores flumina pallida:mare ceruleū lacū candidū pingere non inepte
cōſueuerunt.An quia per aquam bibi idoneam uiſus penetrare facile poteſt aerem uerſus reflecti
tur de mari autem nec ſurſum reflecti poteſt:quoniam leuis aqua non eſt & deorſum progrediens
fatigatur itaque fit ut mare nigrum eſſe uideatur.At qui mari quod lacum ſimulat pars dulcis per
ſumma innatat.Salſa uero in imo eſt.Quamobrem ꝙ id penetrare aſpectus nquit:ſed ad ucem re
flectitur albedinē per ſumma oſtendit.

Cur mare minus qua aqua bibi idonea frigidū ē:oēſq; ſalſi humores nō ut dulces frigidi ſūt.Vtrū
ꝙ mare ſpiſſius & corpulentius ē:tale autem quodq; minus refrigerati pōt:ſicut & amplius incale
ſcere aptū ē:qppe ꝙ caldorē ſeruare ſuā ob denſitatē melins poſſit.An quia mare pinguius eſt quo
circa flāmā æque extinguere atq; cæceræ quæ nō poteſt. Calidius autem quod pignis eſt. An qm̄
multū terræ in ſe cōtinet ꝓpterea ſiccius eſt:quod autē ſiccius idem calidius eſt.

Qua de cauſa qui mari ſe lauerint:ocius reſiccent̃ cū mare grauius ſit q̄ aqua dulcis.An quia craſſi-
us & terroſius eſt:ergo cū parū humoris habeat:merito ſiccari poteſt celerius.

Cur ꝑflante aqlone:mare ꝑſpectius:atq; trāſlucidius ſit q̄ auſtero.An qa mare cū ſe renū eſt colorē
trahare ſibi aſſolet.Ineſt enī aliquid pinguis in ſucco ſalſo.Indiciū ꝙ die tepediore oleoſum quiddā
ſecerni uidemus.Ergo trāquillo tepedioriq; mari ſuccus iſte ſua leuitate per ſūma pandit̃ : quod
aquilone fieri minus pōt cauſa frigoris.Eſt autē aqua tranſlucidior q̄ oleum.Id enī colore obduci
tur.Aqua uero expers coloris uiſu obuia apertiorē ſui præſtat ſuſpectionem.

Cur fluctus uentum præ ſe omnes ferant.An quia flatus futuri indices ſunt:flatus enim īpulſus ae-
ris eſt.An quia uice ꝓpellendi ſucceſſiua cōſiſtunt:ꝓpellit autē flatus nōdum continus ſed exoriēs
Primꝰ igit̃ q̄ſi emarcuit:mox aūt hūc ꝓpellit factaq; altera dēſitate elāgueſcit:Quare cū hoc pro-
pulſu iā adeſt:propellēs quoq; illud uēturū eſſe palā fit.Facit enī idipſum cū incipit.

Cur fluctus anteq̄ flatus erūpit.An qa nō ſimul flatus deſiſtit.& mare undabundum ſedat̃ ſed mare
poſtea ceſſat:iō fieri pōt.ut qui mouerit ſpūs ante occidat q̄ ſenſu obuius ſit;itaq;.nā fluctus ſpiri-
tu prior eſt:ſed ille latet hic patet.An flatus nō undiq; ſimul ſpiret:ſed primū unde exortus ſit. Si-
mul aūt ſpirat:& mare ſibi proximū agitat:quod exitū ſubinde proximū mouet:atq; ita fieri pōt:
ut fluctus flatū poſſit anteire.Motus enī ille uelocior a mari nō a flatu principiū ducit.

Cur in mari melius q̄ fluuiis natare poſſumus.An ꝙ qui natat ſedulo aquæ admittēdo natatus ad-
niti autem firmius ad id poſſumus:quod corpulētius eſt. At aqua maritima fluuiali corpulentior

eſt craſſior enim & ad renitendum ualidior.

Cur mare deuri poteſt aqua non pōt. An & aqua deuritur ſed mare minus ignem extinguit: quoniā pinguius ē. Cnius rei indicium oleum facit: quod ex ſale depromit poteſt. An etiam meatus maris minus congruant igni: aut qui craſſiores ſint. & eo magis quod ſalis ratio non deeſt. Vt igitur qđ ſiccum eſt: minus extinguere q̃ quod humidum poteſt: ita etiam quod amplius ſiccum eſt: idem ex ratione urentius eſſe debet: & alterum magis altero. Quo enim ſiccius eo caladius eſt: mari autem iſthæc ambo ineſſe plenius palam eſt.

Quam ob cauſam demerſi in mare plus temporis ualeant tolerare quam in fluio. An quia fluuialis humor tenuior: Subiens igitur copioſius ſtrangulat.

Cur mare perſpectius & dilucidiꝰ ē: quā aqua potu idonea: cū craſſius ſit dulcis enī ſalſa tenuior. An tennitas cauſa non ē: cur mare dilucidius ſit: ſed directi meatus id faciunt: quos tum plurimos: tū ampliſſimos continet: ergo illa potu idonea ſpiſſa ex tenuitate ſuarū partium eſt ſalſa amplioribus interſticiis inanit. An quia mare purius & ſincerius eſt: terra enī nulla in eo permanat harena ſuo pondere delapſa in imum ſubſidet. At humor dulcis mixtus cū terra eſt. quæ interueniens facit u t cito perturbetur.

Quā ob cauſam mane aura frigida demari non ſpirat: de fluminibus ſpirat. An quoniam mare locis patulis ſpacioſiſq; dilatat: flumina anguſtiſſimis concluduntur. Aura igitur maris per multa uaſta que ſpacia diſpalata redditur: imbecillis fluminum autem uniuerſa extiguitur: itaq; amplius ualet & frigiduſcula merito occurrere poteſt An cauſa non in eo eſt: ſed ut fluminum ſua natura frigida ſunt: ſic mare nec frigidum: neque calidum ē aura autem omniſque reſpiratio: humore uel calſcente: uel frigeſcente executi ſolet enim utrꝫ ex his fuerit: humor aereſcente aer qui inde ortus ſpirat aura eſt: qui ſi a frigidis proficiſcitur frigidius merito ſpirat ſi a ualde calidis cito refrigeratur. Fluuios igitur frigidos comperire omnes poſſumus: mare autē neque frigidū neq; calidum ualde ē itaque nec frigidum eſſe id poteſt: quod ex eo reſpirat cum ſcilicet mare frigidū ipſū non ſit: nec cito refrigeratur quia calidum ualde non eſt.

Cur fluctus alterioris pelagi tardius deſiſtant: quā breuioris. An quia res omnis ſerius ex motione multa quam pauca requieſcit æſtus autem magni pelagi amplior quā parui eſt. ergo nihil temere agitur ſi tardius quietatur.

Cur aqua ſalſa frigida bibi non poteſt: calida refrigerataue poſt quā calefacta ē: melius poteſt. an ꝓpterea ꝙ de contrario in contrariū res quæque mutari ſolita eſt aqua aūt ſalſa dulci oppoſita ē. & cum caleſcit portio ſalſi decoquit̃: cū refrigerat̃ in imū defertur & ſubſidet.

Cur aquæ poſitæ propter mare dulces magna ex parte non ſale compiant̃. An quia percollatæ potu aptiores redduntur: percollari autē id melius poteſt: ꝙ mari propius ſitum eſt.

Cur aqua ſalſa ꝓfluere nequeat an quia ſtabile quod graue ē. Salſa aūt aqua grauis ē: quaꝓpter calide tantūmodo ex ſalſis ꝓfluere poſſūt: hēnt. n. ſibi leuitatē: quæ pōdus ſalſuginis ſuperat. Calidū nāque leuius eſt. Adde ꝙ aquæ ꝓfluentes per terrā nimiꝫ percollari queunt: itaque quantū craſſius & grauius eſt id aſſidue magis magiſque defertur & ſubſidet: quantum leuius atque ſincerius id ſe uocatur & profluit. Vt enim ſalſum graue ita dulce leue eſt: atque ita efficitur: ut ſint dulces quæ profluūt: hæc eadem cauſa eſt: & cur aqua ſalſa cum mouetur mutaturque dulcior fiat: leuior fiat enim permotum atque ſincerior redditur.

Cur ſi qs ī affrica ꝓpter mare ī foderit: aquā prīcipio dulcē poſt breui ſalſam eādē cōperiet cū cæteris ī locis minus id ipſū īueniat. An prima loci illius aqua concocta ſub terra ē: quæ cū diutius māſerit ſalſior a mare tranſmiſſio efficitur: ut quæ nuper conſtiterit: cæteris aūt locis aqua uel nulla eſt uel pluria nulla prohibente ſiccitata eſt.

Cur ſal eliquari ocius aqua ſalſa q̃ dulci poſſit. An ꝙ eliquari nō aliud eſt: niſi ab humore coloreue ſubeūte reſolui: & dirimi ita ut liquidū ſit eliquare autē nequeunt: quæ uel ſubire oīno nō poſſūt: uel quæ ita ſubeūt ut tangere nequeant. Vix illa uero eliquāt quæ facile trāſmeant: cōtra celerrime dirimūt: quæ per uim ſe intrudunt. Subire autē nequeūt: quæ amplis admodū partibus cōſtāt: quippeq; meatus rei ſubeunde excedant: contra quæ minutioribus conſtant: tranſeāt ſine tactione. At qui ut dulcis aqua tenuior: ita ſalſa craſſior eſt: ergo altera ſua tenuitate facile penetrans uix liquefacit. Altera ſubit quidē: ſed minus ꝓpter ſuarum partium magnitudinem. Itaq; cogere & ꝓinde dirimere celerius poteſt.

Cur aqua minus candeat ſi moueatur: quod uel maris æſtu inſpici poteſt. Vnde Homerus flatu oriēte inquit: & flatu nigreſcit pōtus eodem. An duabus de cauſis. nam ſi ex propinquo cōtuimur cauſa eſt ꝙ uiſio magis trāſmeat: aqua manente quā mouēte eripit̃: nāq; trames oīs directus cū mouetur. Candidū autē id eſſe uidet̃: quod perſpectū atq; ꝑlucidū eſt. Per quod enim uiſus tranſire nequeat: id atrū eſſe affirmant. Quāobrē aerē quoq; nigrū e longinquo candidū ex ꝓpinquo uidemus & maris ut quod prope abeſt candidum ita quod procul ceruleum & nigrum: ſed ſi e longin-

quo ſpectatur:cauſa eſt modus quidam quo aſpectus mouetur cum ſe ad elongatiora deducit Quinetiam cum aqua quieſcit aſpectus uniuerſus in lucem reflectitur:quod fieri nequit cum illa mouetur.

Cur fluctus præalti pelagi nequeant ſuperfrangi quemadmodum parui. An quoniam aqua parua diſtrahi ab aere magis poteſt:q̃ multa:propterea percuſſa facilius frangitur. Atqui in alto multa in breui pauca eſt:quæ in fluctus compellitur.

Cur loca auſterum uerſus ſpectantia aquas continent ſalſiores. An propterea quod mare in terram ſub auſtro interrumpit. dulces cum ſalſis miſcentur.

Cur aqua ſalſa uino dulci magiſq̃ auſtero ſupnatat. Vtrũ ꝙ dulce plus terræ cõtinet ſicuti uua paſſa An q̄a grauius & lẽtius dulce ẽ:itaq; min⁹ miſcet̃ ĩmixtumq; reſidet atq; innatat.

Sed cur omnino poſſit innatare cũ terrena:ſit nãq; delatio uſus deorſũ ẽ. Vtrũ propter calorẽ modo ſalis excremẽto nãq; p ſũma erũpenti res ſimilis ẽ: An alia cã ſit. Nã ſi nõ propter ea ita fiet uel dulci innatare minus incredibile erit:calidiſſimũ enim eſt.

Cur fluctus ante interdũ ueniãt q̃ uẽti. An ea de cauſa qua etiam poſtea deſiſtũt primus etenim flatus prius quaſi lãgueſcit:q̃ fluctus ille impulſus: deuenit aũt in terrã:nõ ea unda:quæ prima impulſa ẽ:ſed id uice pari ſubinde impellit̃ quod proximum deinceps excepit.

Cur littora fluctuoſiora ſolida ſæpe efficiant̃ adeo ut plane pauimẽta uideant̃: & ut ſolida ſũt:quæ frequẽtia fluctuũ cõcaluerũt ita pars remotior ſoluta ſit admodũ & cedens. An ꝓpea quod fluctus harenã nõ minutiſſimã ſed maiuſculã procul eiicit:ut & manus nõ quod minimum ẽ:id maxime longe iacere poteſt. Tum etiã cũ permulta & uaria promiſcue cõquatiantur:uerſenturq; pars minimorũ interlapſa ſpiſſat. atq; cõſolidat:mox fluctus reſidentis:motio nihil ꝓpterea protrudit:ſed opprimit pauimẽtatq;: ergo quod exigua ꝓcul exilire nõ queunt incidit ut ex paruulis moles coaugmentetur quæ quoniã motu frequẽti agitatum eſt cõtinua redditur:harena ſcilicet ĩterlapſam te prætenuit:dũ cõpages cõtentione ꝑpetua cõſiſtat. Tũ fluctu ultimo pauimentatur:& humor leniter ſenſimq; irrorãs cõglutinet. At ꝑs ſepoſita oræ arida diſgregatur & funditur lapillis etiã conſtat maiuſculis minuſq; cõplanata eſt.

Cur ſuperius mare ſalſius & calidius ſit quã inferius: & puteis quoque potu idoneis pars ſuperna ſalſior ſit quam ima:quanq̃ eſſe ecõtra debuit:grauius enĩ quod ſalſũ ẽ. An quia ſol & aer partẽ humorũ leuiſſimã aſſidue detrahũt dulciſſimã autẽ quod leuiſſimũ ẽ potiſſimũq; de propioribus locis hauriunt:& maris igitur & aquarum dulciũ ſũma uis ſolis exercet. Itaq; ſalſius id eſſe neceſſe ẽ quod his reſiduũ extat unde humor dulcis exactus ẽ:quã unde uel nihil minus abiit:propterea calidior quoq; pars eadẽ ſuperior ẽ. Salſũ enim q̃ dulce calidius ẽ. Qua propter quibuſdã ex his qui a diſciplina heracliti ſunt:placet ut dulci ex aqua ſiccata concretaque lapides terraque creentur mare autem ſit unde ſol exalationes eliciat.

Cur maris pars terræ proxima dulcior eſt. An quia frequentius mouetur:Salſus autem humor:cum mouetur dulcior redditur. An quoniam aqua in profundo ſalſior eſt: minus autem lata quæ proxime terram eſt. Quamobrem quæ ſtatim a terra præcipiti altitudine deſcendit:ſalſa eſt nec dulcedinis tantumdem reddere poteſt. Cuius rei cauſa eſt:ꝙ ſalſa ſuo pondere in imũ potius deferat̃.

Cur mare ſolum oĩum aquarũ deuri poteſt:non enim pluuia nõ fluuialis non aliqua potu idonea. Vtrum quia multum cõtinet terræ:quod ſalis argumẽto ipſius cõſtat. An quoniam pinguiuſculũ eſt:quod oleum demonſtat quod in ſale reſudetur

Cur lacus harenam uel nullam faciat:uel minuſq̃ mare & fluuius. An quia ſaxa in mari conſiſtũt: & terra deuſta maxime eſt harena autem ſaxum in parua minimaq; perfractum eſt:quod ictu fluctũ frangitur. At in lacum ſaxa non æquæ conſiſtunt pura ſinceraq; neq; frangi itidem poſſunt eo ꝙ fluctus non pari modo excitantur. Sed in fluuiis confici harenam. potiuus dixerim: quoniam terram hi detrahunt:ſaxaq; ſuo fractu perfrangunt.

Quam obcaſam cum lacus uel deminutus uel exiccatus eſt: fumẽtum in campo acrius gelu deurit̃. Vtrũ ꝙ humor lacus acrem ſuo uapore tepefacit: ut minus atq; imbecillius congeleſcat:quam locis paluſtribus & cauis. An de terra ut uulgo dicitur frigus incipiat & ſubeat: ſenſim lacu igitur abſumpto frigus per terræ ſpacia. ampliora plenios inuadens gelu inſtringit deuritque amplius. Locis autem cauis atq; paluſtribus frigora de imis aſpirant quod etiam uulgo creditur & q̃q̃ terra. caleat tempoe hiberno:tamen quia humida eſt: calor per ſumma inſidens refrigerat̃: & perit: humor enim nec adeo procul eſt ut refrigerari caloris interioris beneficio nequeat:nec adeo paucus ut nihil ualeat madet enim terra ubertim. Fit igitur eo ipſo congeleſcente: ut quaſi ſuper glaciem & ambuletur: & hibitetur.

Cur mare ſimul & ſalſum amarum eſt. An plures eſſe in mari ſapores nil prohibeat:quippe cum genus ſalſum amaro coniungi eſſeq; ſimul latiſſime pateat.

Cur lapides & teſte in mari rotunda reddantur. An quia extarna compari ademptu circumfracta

in rotundam ſe colligunt ſpeciem:hæc enim ſola ſimili extremo clauditur:mare auté quo quo uerſus agitando pariter circũundique frágit:atque obiundit.

Quam ob rem nonnuſquá ſi quis circa mare infodiat :aqua dulcis principio emanet:poſt uero ſalſa efficiatur.An propterea mare ipſum dulcem illum humorem ſub terra tranſmittit percollatque merito principio dulcis eſt:leuior.n.dulcis q̃ ſalſus eſt.Itaq; prior occurrit:& mare dulcis aliquid humoris in ſe habet:quod terræ permixtũ facilius innatare poteſt.Sl ſum uero quoniam & grauius eſt & aptius eſt ad ſecandum in imum defertur.Siue igitur ita eſt:ſiue per uenas ex cõtinéte in mare dulcis profluat humor:non in merito p maris ſumma extare poſſit:qua ſe cũ eo cõmittat ergo meatibus poſt ea patefactis humor ſalſus copiæ ſuæ ratione uincendo. falſugine totam afficit aquam Accipit.n.ut ſupis obſeptis meatibus:cõfluuiũ ſalſi hnmoris inter aliud faciat:contraq; patefactis totum iſtuc pferatur:quõ in corporis uenis fieri nouimus.

Cur mare cũ grauius quá aqua potu idonea ſit clarius atq; perſpectius eſt:Vtrũ quia pinguius eſt ná ſi oleum affuſum efficere poteſt:ut melius per aquá incernere ſit:merito cũ ipſum mare in ſe pinguis aliquid hẽat: perſpectius & dilucidius ſit:ipſum enim oleum aqua leuius eſt:quáuis nõ perſpectius. An mare nõ pſpectius eſt:ſed eſſe tale uidetur:quippe cũ aqua dulcis:aut fontis:aut fluminis ſit fons ſuam aquam non ſine terra emittit:ut puriſſima eſſe nequeat flumen tũ terrá tũ fecé ſecũ detrahat:Cauſa igitur hæc ſit:cur dulcis minns perlucida appareat.

Qua de cauſa qui mari natant:uentre ſalubriter euacuãtur:haud enim quia laborant:ná qui curriculo eunt uæhementius elaborant:ſedtamé nõ ita euacuantur. An nõ oĩs labor id faciat:ſed ſolus q nullá dat cauſam tabeſcendi inteſtinorũ:maris aũt mora uel oĩo edatioré:& uentris inanitate aductioré hominé reddi uidemus:eſt eteni uapor maris calidus & ſiccus.

Cur lacus pæſa qui potu idoneus eſt lauat:ſimul & purgat ueſtiméta humor.n.dulcis lauare põt:amarus purgase atq; abſtergere:quæ quidé haberi ſimul non poſſunt.An nullus humor ueſtiméta ſuo amarore poſſit purgare:ſed lentore tantũmodo quáobré trunculi:& quæcũq; mucoſa uim abſterſoriá obtinent.Igitur & amara quæ ferme lenteſcũt purgare queunt cætera nequeunt.In hoc auté lacu accidit ut nitro uirtutis amarũ totũ deuſtũ ſit pingue & lentum remaneat.Hoc igitur abſtergit & purgat.Lauat autem ſuo dulci humore.

Cur maris undabundi quod deſiſtit albicat:quod ꝓuoluitur nigricat.An quia quod minus cernim⁹ nigrius id eſſe uidetur:minus aũt cernimus quod mouetur q̃ ꝙ quieſcit.An quoniá cádet ꝙ tráſpicitur nigreſcit quod aſpectu paruiũ non eſt:minus auté id tranſpicitur quod mouetur.

Cur aqua pfuſi calida minus calorem percipimus cum perunꝯti oleo ſumus.An ꝓpter corporis lenitaté facile aqua dilabitur minuſq; immoratur quá ut calor ſubire ualeat.

Cur puteorum aquæ tepidæ a meredie æſtate reddantur.An quia tunc frigiditate aeris iam ſuperata calor plene inualuerit:ante auté frigor calore ſoluitur & ceſſat.Nõ ení ſimul alter ceſſat alter inualeſcit ſed ſpacio temporis.

Cur aqua interdum facta calidior quam flamma lígua deurere nequeat:flãma queat.An quia flãma prætenuis eſt:ſpirituſq; ex ea proficiſcens partibus tenuiſſimus conſtat.aqua profecto craſſiucula eſt:itaq; ſubire non poteſt.At uero flãma carbonũq; ignitamentum ſuam ob tenuitaté facile ſubeunt:& quæ reſoluunt.

Cur aq̃ ferués liq facere neqat:uéter qat.Vtrũ uétris calor ſua tenuitate ſubire põt aqua ſua craſſitudine nequit.An ꝙ cætera quoq; liquefieri humor ꝓhibet.Nulla.n.res eſt quæ iter humoré dilabi & tabeſcere poſſit.At in uétre humore in ueſicá ſecluſo facultas reſoluendi acquiritur.

Cur fundus uaſoꝝ nõ urit:quæ aquá feruétiſſimá continét:ſed plæriq; fundo ſuſtinétes deportant: aqua uero ipſa exépta urere põt.An eo ꝙ calor in fundũ uaſis cõtractus extingui ab aqua poteſt. Quo fit etiam:ut eliquari res nequeat:eliquabilis ſiquid humoris admittatur.

Cur aqua nõ perinde hiberno tpe:ut æſtiuo efferueat:nõ ſolum pari cõcaleſacta igni:ſed etiam pleniori & tãtudé calens:atq; etiá uæhemétius.An ꝓpterea ꝙ aquæ efferuétia bullarũ elatio eſt. Aq̃ igitur ipſa nõ minus hieme q̃ æſtate caleſieri poteſt.ſed bullas efferri:frigus ambientis aeris prohibet.Itaq; minores paucioreſq; conſiſtunt.At ætate contra oĩno eſt.Ille auté efferuendi æſtus nõ niſi freduentia magnitudineq; ſpumæ exultat.

Cur calida aqua rugare poteſt:ignis qui tá calidus eſt nõ poteſt.An quia ignis ſpiritũ agit ut 'tũ efacere ualeat.circũ ení cutis obtendit ruga auté cutis cõtractiũcula eſt.

Cur fundi uaſoꝝ qbus calefacimus aquá tadiu calidiores ſunt:dũ aqua ipſa frigidiuſcula eſt.an qm̃ aqua adhuc frigida calor cõcludat:circũ obſiſtatq; intus:cũ ei exitus oĩs denegetur. At uero aqua cõcalefacta:ꝙ nihil p̃terea calor arcetur.ſed libere reſpiret:deminuaturque fundus frigidior redditur:non ſecus ac balneæ.has ení hieme q̃ æſtate calidiores experimur : quoniá calor hiberno potiuſq̃ æſtiuo tépore aeris circũfundentis frigore intercluditur.

Cur aqua feruens nunq̃ expaſlat:freſſum oĩe atque lenticula ſolida expaſlant: q̃q̃ his leuior aqua é

leuius autem procul ꝓiici facilius poteſt.Quinetiam argentum cũ decoquitur idẽ hoc facit.Itaq; qui in officinis argentariis defecandi funguntur officio argenti reliquias colligunt lucro.An quia expaſlationẽ calor agit euaporãdo cogendoq; ea quæ ſuo naturali inpetu obſtant aqua Igitur quo niam leuius & prætenuis eſt:nihil per uim reiicit:itaq; nimius calor colligi non poteſt:ſed antequã contrahatur:reprimitur omne:atque excutitur:quod ſubinde acceſſit:at uero quæ corpulentiora ſunt ut polenta ut argentũ:hæc ut per corporis grauitatem arcent repelluntque ita ui per renixum erumpunt:ut calor qua uicerit exiliat uæhemens.Facit enim corpulentiæ ſpiſſitas ne tranſeat: ſed arceatur dum ictu caloris ſuperfluentis extruſus ſit:atq; eiaculatus.Fit ergo ictus non impulſus ut pote cũ calor inferius ſurſum uerſus efferatur celeriter.

Qua de cauſa quæ paꝝ temporis calido in humore maduere tumẽt:quæ multum hæc collabũtur & rugant.An quoniam calor ut ex cõcretis humorẽ elicit:ita ex humore ſpiritum creat denſaque omnia laxat.Principio igitur concreta tepefaciens facit humidiora cũ ſpiritum ex humidis ducens diffundit & tumefacit.Cumq; amcalefecit partem ſũmã elaxat.ut uapor inde reſpiret:humorq; ef ficatus facit ut moles concidat qua collapſa cutis omnium ſumma rugatur:quo autem contracti one inequali flacceſcunt :eo rugoſa multiplici aſperitate efficiunt.

Cur aquis calidis potius quã frigidis lapides concreſcant atq; coaugmentent̃.Vtrum quo lapis defe ctum humoris conſiſti caloreq; potius quam frigore humore deficit & lapideſcit calore:ut etiam Empedocles lapides inquit & ſaxa feruentium aquarũ opera cõficit.An ſolum calor elapidat ſed frigor etiam humorem nimio gelu abſumendo:indurat facitq; lapidem.Quod ſi nimium frigus ita agit.Simpliciter quoque ita agi poſſe certum eſt.

Cur ſi inter aquam pedem qui teneat calidam pede quieſcẽte aquã minus calidã ſentiat mouẽte cali diorẽ. An idẽ quod uel in toto corpore accidat.Si quis enim curiculo it aerem qui ſubinde obuiã fuerit ſentit frigidiorem:eoq; magis qua curſum agit prolyxiorem.

Cur amplius in ſole res calidæquã in umbra refrigerent̃. Vtrum quia minor calor a maiori abſumi tur.An quod in umbra frigor circũfundens calorem interiorẽ reprimit : nec effluere ſinit:quod idẽ moribũdus aqua:offuſa frigida aduehit:q̃ppe calorem concludat & arceat ne foras ſe promat: Deniq; per hyemem omnibus accidit calidioribus ſuam eſſe partem interiorem.At in ſole ui nul la arcente calor effluit:atq; ocius euaneſcit.

Cur aqua minus ſalubris balneo ſit:quam ſol tepefecerit.Vtrũ quia corpori adhuc inſidens refrigera tur:horroremq; mouet:An eſt etiam iſtud. Verũtamẽ & ſi quis ea ſæpe utatur ualitudini fiat ob noxius.Res enim calida omnino uim coquẽdi ſiccandiq; obtinet:frigida compeſcere atq; cõtrahe re poteſt.Itaq; utraq; aliquid boni affert:quapropter aqua & frigida & calida ex igne balneum pre ſtat commodũ.At quæ ſub.ſole tepuerit.ob ſui caloris imbecillitatem præbere illorum neutrum habet:ſed humificat tantum perinde ac luna.

Cur aqua ſole calefacta parum ſalubris ſit.An quia rigorem aduehit.ubi refrigeratum eſt.

Cur aquæ magneſiæ:& artanæ feruidæ ſatis ſint potu idoneæ An quoniam aquæ copia dulcis.ad ꝓ fluentem calidã ſeſe applicat:eo tum modo:ut ſalſugo tollatur:& calor eduret.

Cur aquæ magneſiæ feruidæ feruere quidẽ:aliquando 'deſierunt.ſalſæ tamẽ nihilo eſſẽ diſierũt.An q̃ aquæ copia frigidæ aliunde fuſa in fontes feruidos calorẽ omnẽ extinxit:Itaq; terra tametſi ſal ſa perſiſtere potuit:calida tamẽ eẽ propter aquæ adiunctæ copiã potuit.Proximũ igitur id accidit aquæ quã per cinerẽ tranſmiſſam collamus.hæc enim tranſmiſſa ꝑ calidum cinerem nec ipſa ſuũ frigorẽ amittit:& cinerẽ frigidũ reddit.Salſa tamẽ amaraq; per cinerẽ ẽ.Sed cũ aqua quæ frigida acceſſerat:alienigena eſſet:color uernaculus terræ frigorẽ illũ pauciorẽ euincere uiceuerſa potuit atq; ita ſuum calorem aquæ recepesunt.

Cur aquæ feruidæ ſalſæ magna ex parte ꝓueniãt.An q̃ plæreq; oẽs ꝑ terrã alluminoſam ꝑcollant̃: quod odore eoꝝ cõſtat.exuſtoꝝ autẽ oĩum cinis ſalſus eſt: ſulphurq; redolet:quapropter feruida oĩa modo fluminis urunt:& quidẽ plura fulminis tactu extiterunt.

Cur calidæ balneæ ſacre habeant̃.An ꝓpea q̃ ſulphure atq; fulmine rebus ĩgenuæ ſacris ꝓueniant:

## DECIMASEPTIMA PARTICVLA QVAE AD AEREM VENTOSQVE PERTINET.

CVr membra corporis noſtri in utribus obtenta inflatis doleant.Vtrũ ꝓpter preſſu ram aeris.Vt enim extrinſecus utrẽ præmenti aer nõ cedit:ſed repellit : ſic etiã quæ intus tenentur:aer cõprimit atq; afflictat.An quia per uim aer retinetur : ſtipaturq; foras uerſus ſuapte natura undiq; impetens nimirum ad id corpus enititur quod medium continet.

Cur paludibus iuxta fluuios poſitis fieri ſoleant qui bomugi appellantur:quos thauros numinis re ligioſos fabulæ narrant:eſt id ſane fremitus mugitui tauri adeo ſimilis ut boues.cum audiunt nõ

ſecus afficiantur ꝙ̄ ſi theurum ſenſerint mugienté. An cū aut fluuii in paludes ſe fundūt: aut palu-
des reſtagnāt: & uel a mari offenſe retorquētur: uel flatum uniuerſum emittunt: tū fremitus ille ex
citatur. Cauſa uero ꝙ terræ cauernæ infodiūtur: in quas aqua interrūpens quoniā fluctus in eiuſ-
modi redundatione mouetur: aerem per anguſtas ceu ſiquis in amphorā inanem ſtrepitū ꝑ oſculū
mouerit mugimento ſimilis ſonus exultabit: mugitus etenim bobus per idipſum figuræ genus ꝓ
fertur. Multas auté miraſq; uoces informare figuræ cauernarum uariæ poſſunt. nam & amphore
fundum ſi quis detracto operculo uiciſſim modo intus attrahés: modo extra depellens ꝓterat: ſo-
num perintercapedinem tam ingenuū reddet: ut belluæ pertimeſcant & fugiant: quod pomarioꝝ
cuſtodes emoliti conſueuere.

Cur aer cū aquā tāgit nō humeſcit. Nihil enim de cæteris eſt: quod ſi tetigerit humidū non reddat.
An ita eorum extima coeūt: ut ſimul ſine ullo interſticio ſint: nec plano diuerſo diſtinguantur. Igi-
tur cætera quoniā grauiora ſunt ſubſidunt: itaq; humorem ſibi admittunt. Aer ut leuior nihilo in
ferius uergit: ꝙ̄ extremum limitet. Tangit ergo quia nihil interiacet: remanet expers humoris quia
ſemper ſuper aquam extat.

Cur nocte media & meridie maxime cælum ſoleat tranquillari. An quia uenti tranquilitas aeris ſta
tio & requies eſt: qui tum conſtare maxime aſſolet cum aut uincit: aut uincitur: & enim quādiu
pugnat mouetur atq; inquietatur. Vincit autem maxime nocte dimidiata: uincitur meridie: ut enī
medio noctis ſol remotiſſimus ſic meridie proximus eſt. ad hæc flatus uel ortu ſolis uel obitu in-
cipit: ceſſat. qui ortu cæperit: cum uictus eſt: qui ueſpera cum parta uictoria deſinit. Itaq; fit ut alii
meridie: alii noctis medio ceſſent.

Cur prima luce & iam inane frigus ſit amplius ꝙ̄ nocte. cum ſol a nobis propius abſit. An quoniam
cum dies inſtat ros cadit atq; pruina: quæ frigida ſunt: ergo in ſperſis locis omnibus frigido humo
re merito acrius refrigeratur.

Cur in ponto intentius & æſtus & frigora fiat. An aer regionis illius ſua craſſitudine nec hyems te-
peſcere: nec ætate refrigerari poteſt. An propter uarium ſolis curſum. Recedit enim per hyemem:
accedit per æſtatem:

Cur noctu potius ꝙ̄ interdiu ſerenū ſit. An ꝙ & flatus & perturbationis cauſa ſolis uis eſt. Iſtæc enī
motu accito quodā oriunt̄. Calor igitur cauſæ eſt: ob eāq; rem cum his adeſt quieſcunt oīa: & ſole
abeūte magis ꝙ̄ ueniente. & quod dici ſolet. Nauibus hiberno uentos dat terra ſecundos: hoc ſibi
uult: ꝙ ubi motus maximus eſt: ibi minime quicꝗ̄ uel ſeruari uel conſiſtere poteſt: æquabili nāq;
ſtatu uiribuſq; efficacioribus eſſe id debet: quod conſiſtendum cōſeruandūq; ſit. Mare autem hy-
bernis temporibus terra æſtiuis ſæuire illum in modum ſolitum eſt.

Quam ob cauſam humor pleno contētus in dolio diffuſus in utres: non ſolum cum utribus recipi
ab eodē dolio poſſit: ſed etiam locū relinquere quo etiam plus humoris capiatur. An quoniā aer
in humore ineſt qui dum in dolio eſt excerni ꝓpter dolii magnitudiuē non poteſt. fit enim ut ex-
primi de maiori uel humor uel ſpiritus difficilius poſſit: quēadmodum etiam de ſpongiis amplio-
ribus minus expremitur. At cum in parua digeritur: extrudi iam de utribus expeditus poteſt. Itaq;
dolium & utres: & humorem etiam alium capit magiſque in uino id accidit: quia plus in uino ae-
ris ineſt ꝙ̄ in aqua: huic ſane proximum cineris & aquæ: tantūdem ſimul uas idem capere poſſe ꝙ̄-
tum plurimum utriuſq; ſeorſum infuſi capiat. Cineris enim complura caua & inania eſſe uidetur:
quibus aqua ſeſe inſinuat: ut quæ tenuior ſit & conſtipat uero ſpiſſatque arctiſſime quoniā par-
ticulatim conſtipatio agitur. Denſantur enim adductanturque omnia plenius cum paulatim con-
ſtipantur quam cum uniuerſa quod cum ita fiat: cinis collabiturque: & ſubſidet ſimulque humo-
rem in ſe per cauorum ſuorum opportunitatem admittit. At ſi cinis qui in aquam immittitur ca-
lidus eſt: aquam dirimit uertitque in aerem. Idem illud agetur etiam ſi primum aqua infundatur:
poſt cinis iniiciatur: unde aquā etiam ipſam caua quædam & hiantia in ſe continere putaueris:
An non aqua cinerem ſibi admittat: ſed cinis aquam. Quod enim tenuius eſt: ſubire id poſſe cō
gruum eſt. Conſtat itē exprimento. Cū enī cinis inſpergitur. eodem reliqua aqua confluit quo lo-
co inſpſum eſt. Cuius cōtrariū certe fieri debuit: ſi aqua cineris eſſet capiēs. An ſi prius aqua uas ex
toto impleuerit: nihil ꝑterea capiet ſed adito quolibet effundet̄. Sinautē ubi ſemel aliquid aquæ ī-
fuſum eſt cini deſcenderit iam tunc quod dixi eueniet: quippe cum cinis ſit ipſe qui capere ualeat.
hæc eadem ratio eſt: cur foueæ terrā inexemptam recipere totam nequeant. Locus enī ab aere oc-
cupari uidet̄: itaq; fieri nō poſſe ut tātūdem recipiatur.

Cur aer q luce craſſior eſt: ſolida ualeat ꝑmeare. lux ipſa nō ualeat. An qa lux ꝑ directū tm̄mō fert̄:
ob eā rē oculus q trāſpicere ꝑ rata nō poſſit: ut ꝑ punicē qa meatꝰ euariāt ꝑ nitrū facile poſſit: qa
meatus poſiti e directo ſūt. At aer īpedimēto nullo arcet̄: qm̄ qua trāſit tēdere e directo nō ſoleat.

Cur aer ꝑ aquq; tactionē frigidus reddi poſſit humidus nō poſſit. ēt ſi qs in aquā uæhemēter infla-
rit ut fluctus inde moueatur: & mūdetur. Frigidum autem reddi conſtat: eo ꝙ qui ex aquis aſpirat

refrigerat. An frigidus eſſe calidusue. naturæ ſuæ habilitate põt.ut rei tactu ĩmutet̃ quã tetigit; humidus eẽ idcirco nõ põt qa leuior eſt.neq; ima humoris unq̃ ſua ipſe petit natura.ſed ſũmã ſemper planũq; attingit.& ſi deorſum cogat̃.humor quoq; feretur inferius ita ut nunquã in profundũ ſeſe ire patiatur.

Cur aer bullis cõtẽtus.aut de imis aquæ aſcẽdẽs.haud unquã madidus emergat.An qa humor nõ inſidet.ſed dilabit̃.qui tamẽ cõtinet bullas.uel minor eſt.q̃ humefacere ualeat.

Cur aer madere nõ poſſit aqua autẽ queat qppe quæ ẽt trãſlata in aerẽ madeat.An eadẽ cauſa ſit.q̃ & lapis madere neqat:haud enĩ madẽdi oĩbus uis data ẽ:ſed his tm̃ q̃ leta ſũt & aut humida.

Cur utres ĩflati ualeãt fluitare.An ppea ꝙ aer ſurſum effert̃.Vtres.n.& inanes dehorſum ferunt̃.ſic ĩflati ſupra iõ reſidẽt:ꝙ ab aere ſuſtinent̃.Sed ſi aer eleuet: atq; ꝓhibeat:quo minus dehorſum ferant̃.cur ĩflati grauiores efficiant̃.& qui fieri põt ut cũ grauior ſit emineat:cũ leuior deferatur.

Cur aer nõ ſurſum ferat̃.Nã ſi ex motu caloris ſpũs excitari debeat igniſq; ſublimia petere natus ſit ſpũs eodẽ currere debuit.Siquidẽ mouẽs illud ſurſum uerſus ĩpellit. quodq; mouetur eodem ferri aptiſſimũ eſt.Hunc enim tramite ferri obliquo latiſſime patet.

Cur aurora frigidior q̃ ueſpa eſt.An qm̃ altera noctis medio ꝓpior eſt:altera meridiei.eſt autem ut diei mediũ calidiſſimũ qa ſoli ꝓximũ eſt:ſic noctis mediũ frigidiſſimũ qa remotiſſimũ.

Cur tẽporis feruidi noctes moleſtiores q̃ dies ſunt. An quia flatus oẽs tunc cõſileſcunt: anniuerſarii náq; illi & præuii minus nocte q̃ interdiu ſpirant.

Cur ĩcorrupta durare poſſint:quæ utribus continẽtur:inflatis aut uaſis bene opertis.an qa putrent omnia cũ mouent̃ ĩmotaq; oĩa ſunt quæ plena:iſtæc autẽ plena.

Quã ob cãm aere ſudo aptoq; frigus fit acriꝰ q̃ nubilo cũ ſtellæ ſint calidæ & cælũ:an qa nihil tũc eſt:qđ uaporẽ arcere cõtinereq; ualeat:ſed diffundat̃ neceſſe eſt:at cælo nubilo arcet̃ : & aquilone magis q̃ auſtro eadẽ illa de cauſa auſter enĩ nubes colligit aquilo diſpelit:& quidẽ aquilone magis q̃ auſtro euaporari uidemus. & hieme potius q̃ æſtate: aut ꝑpter diſſimilitudinẽ:aut quia uapor nõ niſi refrigerato humore calido depromi poteſt:

Cur minus q̃ plus aeris calidus ſit:cũ anguſta enĩ oĩa ſint calidiora.an qa magis mouet̃ qui plur is eſt.motus aũt frigorẽ acciere põt:cuius indiciũ ꝙ calida cũ mouent̃:refrigerantur.

Cur aq̃ & terra putreãt:aer & ignis nõ putreãt:an qm̃ oẽ qđ putret calidiſſimũ fiat neceſſe ẽ igne autem calidus nihil eſt. an qa refrigerari prius oportet.qđ putredinẽ cõcepturũ eſt.ignis aũt calidiſſimus ſemp eſt. aer uero igne refertus eſt : nihil autẽ putret cũ calidũ eſt:ſed refrigeret̃ ante oportet q̃ putreat. At aq̃ & terra uiciſſim mõ calida mõ frigida effici poſſũt.

Cur cælũ nubilũ tepidiꝰ ſit.q̃ apertũ & placidũ. Vtꝝ ut ueteres auctores dixerunt.qa ſtelæ frigide ſint.An id abſurdũ admodũ eſt.ſed qa cælo ſereno uabor extrigi melius põt indiciũ ꝙ uẽto ſilẽteros & pruina cõſiſtũt.Cũ igit̃ ſerenũ eſt:calor difflat̃ quo humor eruitur atq; effert̃ itaq; aer frigidor fit. Qua de cauſa humor a calore demiſſus irrorat.aſt cũ nubilũ eſt arcet̃ & cõſtat.quo circa nec ros nec pruina contrahi poteſtt cum nubilum eſt.ergo calor ad terrã remanens: ut facit tepor amplior eſſe poſſit.

Cur altis ædibꝰ aer ſoleat uẽtilari reciprocariq; ꝑſertim cũ tp̃s qetũ eſt.an ꝙ aer ꝑlaxo quodã contextu & hiatu lẽto eſt.ergo cũ hic extrinſecus ĩtroire ĩceperit cedit & cõtrahit̃:aer quẽ domus cõtinet:quo collapſo adductoq; inanior reddit̃:qui foris eſt:& ſpacia multo laxiora capeſcit quæ in ſpacia aer domeſticus relabit̃ ferturq; expedite eodẽ qm̃ & ipſe pendeat:& natura inanis reniti nequeat:quod cũ per multa eius mẽbra eueniat ꝓximus hũc aer ſectat̃.adductus ꝓpulſione primoris.Tũ eo large foras iã ꝓfluente:locus internus inanis reddit̃:& uacuus:externus contra:repletur ſpiſſeſcitq; ac deinde in hunc modũ reciproco fluxu actitatur.

Cur uẽtus cecias:ſolus ex oĩum uẽtoꝝ numero nubes ducere ad ſe poſſit.Vtrũ ꝙ uẽtus aduerſus reflat eodẽ tpe. An qm̃ de locis eminẽtioribus ſpirat.Sũc enĩ partes quæ ad ſolẽ orientẽ uergũt eminẽtiores:q̃ quæ ad occaſum:indiciũ maris occidui magnitudo facit & latitudo. Quod cũ deſup in aduerſum ſpiret.lineã ſua delatione iſta terrã uerſus cõnexã agit:regionẽq; inuadẽs ut dixi occiduam:nubeſq; p lineæ ſuæ figurã cõtrahẽs ad ſe ſuo inde reflexu eas uocat atq; ĩpellit:quod ſolus hic ꝓpterea facit:qa cætera loca uel editiora ſunt uel ſubmiſſiora quæ uerſus ut aut de imo aut e directo flatus ferat̃ deuexus terrã uerſus neceſſum ſit:ita ut ad poſtremũ reflexus effici nullus qat eo ꝙ flatus nõ ad terrã ſubditã aeris amplitudini fine ꝓtrahẽdi faciat:nec ubi aer cogi ĩ nubes poſſit.Subſolanus ac cæteri minus caui:quoniam humidi non ſunt:nubes nõ cogunt:itaq; uel nullatenus uel minus idipſum facere poſſunt.

Cur aq̃lones anniuerſarii fiãt auſtri nõ fiãt. An auſtri quoq; fieri pñt:ſed cõtinui: qa initiũ auſtri lõge a nobis eſt. Alquilonis in uicino eſt quippe cũ ſub aquilone habitemus:itẽ aquiloles anniuerſarii trãquillo aere ſpirant:quippe qui per æſtatem moueri ſoleant.auſtri ueræ oriuntur:cũ aer minus quieſcit.addo etiã ꝙ auſter hnmidus eſt.humido aũt ſupior locus alienus. Quãobrem humo-

res qui eo in loco cōſiſtnnt:cito roſoluunť:& euaneſcūt & cū humores erratici uagabundiq; ſint accidit ut aer quoq; eodē ducať quo humores ipſi uarie dilabanť.Quod cū non loco eodē agiteť efficitur porro ut flatus diuerſi orianť.flatus enī nō niſi motus aeris eſt.

Cur auſter poſt pruimā ſpirare ſoleat:an quia pruina niſi facta decoctione haud unq̄ conſiſtere pōt: Mutatio aūt poſt cōcoctionē purgationēq; fieri in cōtrariū ſolet:aquiloni aūt contrarius auſter eſt.hæc eadē cauſa eſt cur poſt niuē auſter ſpiret:oīno enim & nix & grando: & imber & oīs id genus purgatio cōcoctionis indicium eſt. Vnde fit etiam:ut poſt imbres cæteraſq; eiuſdem generis tempeſtates flatus deſiſtant:& conſternentur.

Cur procellæ hoc eſt:uenti qui excuſſi nubibus ſæuiunt:imbre ſuperueniente ocius ceſſant:an qm̄ aqua expreſſa uentres nubiū conſident unde flatus origo eſt.

Cur nō idem uēti ībrē ubiq; afferāt:an quia nō idem mōtibus ubiq; occurrunt ſed aliis partes aliæ ſunt obiectæ.Nubes enī ibi magis cōſiſtūt:ubi uentus nix quaſi loca ardua ſuperās depellere præterea nequit.Cū autē conſiſtant ꝑmātur rūpuntur imbrēq; dimittunt.

Quā ob cām cælū purū & placidū ſerenū īdicat tp̄s turbulētū hiemē ꝑnūciat. An ꝑpterea ꝙ hiemis aer cōſiſtēte:ſpiſſeſcēteq; fieri ſolet:ergo cū ſol euincit diſcernit illuſtratq; aerē:cū euincitur nubibus:offuſcat atq; incraſſat.Quod ſi cōſtitio ualida:hiemis cōtinuo luce prima erūpit. Sed ſi ībecillior ſit:nec tn̄ ex toto ſuccūbens occaſum uerſus depelliť qđ cōſiſtit:ac inibi manet eo ꝙ aer terræ ꝓximus hieme inſtāte craſſimus eſt & mox reliquus quoq; cōſiſtit qm̄ initū firmamentūq; obtinet ſtabilitatis quod ſuſcipe atq; colligere pōſſit q̄tum ſubinde acceſſerit. Vt enī in acie conuerſa in fugā uno reſiſtēte:cæteri quoq; oēs inſiſtunt:ſic in aeris ratione fieri ſolitū eſt. Quāobrē cito repente interdū fit.ut cælū nubilū reddať.cū igitur occaſus eſt ꝑturbatus cōſtitionē minime uictā eſſe a ſole diu pugnāte firmiſſime indicať itaq; plus itē poſſe cōſiſtere cōſentaneū eſt: & quidem minus timendū cū hieme ꝑgreſſa q̄ cū poſt ſerenū id accidit. quippe cum illa ratione ueluti reliquias quaſdā reſtare.hac initum conſiſtēdi oriri uideatur.

Quid eſt qđ flatus moueat tropœos.i.quos uerſorios aut reciprocos appellamus an eadē ratio eſt q̄ euripi mari reciprocāte agitātur.nā & mare & aer eatenus ferť:quatenus ꝓfluere licet.Deinde cū obice quadā amplius ꝓgraſſandi licentia his tolliť:qui terra ꝑgunt. ob eam.ſ.rem ꝙ ſuæ motiōis delationiſq; primordia parū habeant ualida.tunc reciprocātur & redeunt.

Cur idē illi tropœi mari ſpirare ſoleāt. Vtrū qa mare uicinū eſt. an qa tropœus apogeæ.i. flatui abterraneo cōtrarius eſt. Verſarius enī tanq̄ reuerſio abterranei eſt.quippe cum alteraneus flatus ex terra in mare proflués ſit:cuius reciprocatio uerſarius eſt.itaq; de mari terrā uerſūs ſpirare neceſſum eſt.an uenire inde putādum qm̄ aer collectus in mari eſt:qui illo fluxerat.Sed ratio cur nec in trrrā cōſiſtat:& reflectatur cū profluit ꝙ mare in cauo eſt.Aer autē modo aquæ ad id fluit: quod cauiſſimum eſt.

Cur dici ſolet. Tertia lux nunq̄ nocturno aquilone laborat.an ꝙ flatus ſeptētrionis imbecilli ſunt: cum nocte ſpirare incipiūt.argumentū enim nō multū aeris eſſe motū ꝙ eo tēpore ſpirare exorſus eſt quo caloris exiguū eſt:exiguū nāq; caloris exiguū aeris mouet.atqui flatus minimioēs intra triduū finiuntur.ergo nec is diuturnior eſſe debet.

Cur aquilo crebrius q̄ auſter ſpirat:an quoniā aquilo parti orbis terrarū habitatæ uicinus eſt.Idcirco latere nō poteſt.Simul enim ex ſui temporis breuitate & ſpirat & adeſt:at auſter quia elonginquo admodum niſi uæhemēs ſit uenire non poteſt.

Cur auſter minus hibernis noctibus q̄ diebus ſpirat.an ē qdē ſol.noctis ēt tp̄e auſtrili regioni ꝓpinquus.& noctes ibi tepediores q̄ dies aqlonē uerſus:itaq; aeris multū moueť:& nihilominus q̄ interdiu. Sed calor dierū uæhemētior omnē aſſumēdo humorē efficit ut minus ſpiretur.

Cur auſter canicula oriēte moueať.Idq; lege naturæ certiſſima fieri ſoleat. An ꝑpea ꝙ regio īferior orbis ſole.ſ.remoto minus calidinē.Itaq; uapor īde large emigrat & multi ꝑfecto auſtri ſpirarent: niſi anniuerſarii prohiberēt. An oīb⁹ aſtris tū oriētib⁹:tū occidētib⁹ aer ſoleat cōmutari. Sed cane ꝑcipue.qđ qdē flatib⁹ latiſſime cōſtat q eius ortu & poſt ortū ſequunť qđ cū æſtus tūc uigeāt: ſp̄s calidiſſimos p idē tp̄s oriri cōgruū ē. Auſter aūt calidus ē:& cū ex cōtrariis in cōtrariū maxie cūmutari ſolitū ſit.ortūq; canis ꝑuii uūcupati antecedāt.q aqlones ſūt merito poſt eū auſter ſpirat.qn̄qdē aſſignari neceſſe ē.idq; auſtris fieri oriētibus. huic aūt uerbo cū aſſignari dicim⁹ ſubiecta notio ē:aerē īſigniter cōmutari & qdē mutari flatuū oīa gn̄a ī uētos aduerſos aut dexteros ſolēt. Quod cū aqlo nō trāſeat in latus dextrū reliquū ē:ut in aduerſum hoc ē:ut in auſtrū tranſeat. Quinetiā dies poſt brumā qntuſdecimus auſtrū ꝑ ſe fert:eo ꝙ bruma initiū quoddā eſt:mouturq; a ſole.is potiſſimū aer q brumæ uicinus eſt.Solē aūt tūc ad auſtrū uergere certū eſt. Vt igiť cū ortū preptat.flatus excitat ſubſolanus.ita cū meridiē adit auſtros euocat:nec tamē ſtatim a bruma id facit:qm̄ breuiſſimas tūc agit diſtātias.Sed qntodecimo quia tēpus id modice ſe habeat:ad primā diſceſſus ſenſionē.Totum enim id tempus pars cōſpicua eſt.

Qua de cauſa orationis exortu dies maximeq̧ uarient:flatuſq̧ in opportuni moueant᷑. An quoniā in mutatione uaria maxime oīa ſunt:quæ non uno certoque tēpore motuue deſcribunt᷑. at qui oritur orion ineunte autūno occidit hyeme.ergo quia nō uno tēpore conſtat:ſed alio incipit:alio ceſſat flatus etiam incōſtates eſſe neceſſe eſt:utpote cū ancipiti cōditione proueniāt:quos ſibi tēpus utrūq̧ ſortitū eſt & quidem difficilē eſſe orionē & cum oritur:& cū occidit ex tēporis uarietate recte affirmant.Turbulentū enim atq̧ inæquabilē eſſe neceſſum eſt.

Cur aquilo nocte exorſus dieterīe ceſſat. Vtrū quia ex paruo imbecilliq̧ initio prodit.tertius autē dies decretorius eſt.an quoniā uniuerſus modo ecnephiarū.i.ꝓcellarū nubibus excuſſorū flatuū funditur:idcirca compendio ceſſat.

Cur pueri aqlones ſpirāt.an qm̄ pars orbis terre habitata ſeptētrionibus ſubdita eſt eminentior & extra ſolſticiū poſita & niuis plenā:quæ nix non mōtibus nullis nunq̄ deeſt.Cū igitur cōcreti humores tabeſcūt flatus magna ex parte oriunt᷑.is aūt aqlo eſt qui a ſeptētrionibus mittitur.

Cur auſtri hyeme atq̧ ineūte ueræ atq̧ autūno ceſſante ſpirate ſoleāt:undabūdiq̧ ſint & cōtortuoſi:atq̧ africæ nō minus frigidi q̄ regioni nr̄ati aqlones.an ꝓpterea ꝙ ſole propinquo ſpiritū moueri neceſſe eſt.Sol autē p hyemē auſtrū uerſus pfert᷑:& ineūte ueræ deſinēteq̧ autūno iam calefacere incipit.æſtate contra ſeptētriones petit:& loca relinquit meridiana. Calidus autē propterea eſt: quia cum aere africæ miſcetur:qui calidus eſt.hinc etiam in mare corrumpens ingētes excitat fluctus:facitq̧ auſtralem æſtatem.

Cur auſter fœtidi halitus cauſa ſit.An qm̄ humida & calida corpora reddit:quæ maxime putredini opportuna ſunt.

Cur auſter profectus mari ex cōmodus his ſit:quoꝝ ſtirpes terra continētur:Nam & thriaſio cāpo terræ atticæ:auſter de mari occurrit:an quoniā refrigeratus accedit:rubigo autē per humorē calidum alienūq̧ conſiſtere ſolet.

Cur uētus magna ex parte ante lunæ defectus excitet᷑ inicio noctis cū defectus medio īcipit noctis medio uero cū mane:an qm̄ calor lunæ ꝓpterea hebetat᷑ qa curſus iā proxime eſt qđ defectus exultet.Remiſſio itaq̧ calore quo retētus aer quieſcit:rurſum moueri ac ſpūs reddi incipit.

Cur auſter nō incipiēs ſed deſinēs imbrē afferat.Vtrū ꝙ aerē cogit elōginquo quo coacto aqua exprimit᷑.cogit᷑ autē poſtea q̄ cæptū eſt.an qm̄ incipiēte calidus adhuc aer eſt.quippe qui profectus a calido ſit.in proceſſu tēporis autem refrigeratus in aquā melius conſiſtere poteſt.

Quā ob cauſam cū minor auſter eſt:nubes nullas obducit maior nubilus & diuturnior eſt.Vtrū ut quidā aiunt.initii cauſa ita accidat. Nā ſi ex minori proficiſcat᷑:liquidus uduſq̧ eſt.Si ex ampliori nubilus & craſſus.an quia minor cū incipit eſt.itaq̧ nō multū aeris compellere pōt. Sed ad poſtremum amplificari cōſueuit.Vñ illud prouerbiū.Cū ceſſat boreas cūq̧ auſter ſurgere cæpit.

Cur tempore hiberno flatus parte ueniunt exortiua æſtiuo occidua.an ubi ſol amplius nō euincit aer libere profluit.cum igitur nobis occidit:nubes relinquit:quibus fauonii prodeunt:cūq̧ incolis īferioris hemiſpherii oritur:ſpiritum illis parte exortiua producit.contra cū parti inferiori occidit fauonis illis ſubſolanos nobis conſectante aere facit. Vnde fit ut quem aliū uentū occupauerit,augeat eo ſcilicet ꝙ non nihil adiunxerit.

Cur afflante fauonio canes ueſtigia minus ualeant cōperire.an quia plurimū hic uentus confundit quoniam uentorū omniū continētiſſimus eſt:maximeq̧ terram attingit.

Quam ob cauſam ſtellæ proſiliunt:uēti indicium datur:an propterea ꝙ a flatu feruntur priuſq̧ ibi q̄ apud nos flatus excurrit.Quo fit etiā ut unde ſtellæ feruntur.hic flatus accedat.

Cur nubes maximas fauonius agit:an quia de alto ſpirat:regioneq̧ maritima nubes per ampla ſpatia colligit ampliores.

Cur uēti ad poſtremū uæhemētiſſime ſpirāt:an qa ubi uniuerſi efflarūt caloris parū relinquitur.

Cur ſi circa eqnoctiū africus ſpirarit aqua fiat neceſſe ſit:an quo loco orbis ſol fuerit inde ſoleat excitari:itaq̧ pro ſolis diſcurſu uiciſſitudo ſpūm agat. Quod cū eqnoctiū hyemis atq̧ æſtatis cōfiniū ſit:dū ſol nobis cōſpectū eqnoctiū agit aut iuſtū trāſgreſſus limitē regioni ſe dedit hybernæ accidit:ut uēti partis illius uernaculi ſpirēt:quoꝝ primus africus ē natura humidus:& cū ſol partem orbis terrarū hibernā ꝑluſtrat.flatuſq̧ regionis eiuſdē moueat:euenit ut hyēs ſuis fungatur muneribus.Cuius gn̄is iber eſt.Ad hæc cū eqnoctiū tanq̄ paribus examinatis uiribus hyemē atque æſtatis cōſtet.Si alterutris qcq̄ additū ſit:obitus mometū exultabit conſpicuū:ut in eqlibrio pōdus.Lāci adiunctū alteri efficit.Quod cū africus hiberni ordinis ſit naturaque humidus: equinoctio additus:hyemē imbrēque merito aufert.imber enī homines eſt flatibus familiariſſima.

Cur auſter atque eurus cū flatibus ſibi obiectis calidiores ſint. alter aquilone:alter fauonio aquæ fertiliores ſint:quāquā frigor eſt qui humorē ex aere depromat.haud enī ꝙ aquilo nubes hic pellit:idcirco aqua nō ꝓuenit.Nam & fauonius & eurus nubes ambigit.quippe ꝙ ex latere pari mōꝑ ueniat:qnetiā cæteri oēs unde ſpirāt inde depellūt. Vtrum quia frigor amplius introrſum circū-

obſiſtit.cum calor amplius urget. An etiam regio facit unde ſpirãt ut ſereni illuſtreſq̃ ueniant. Eurus nãꝗ ex ortu fauonius ex occaſu aduentat. Quinetiã ratio ſit: ꝙ aer ꝑcalefactus celerrime ac pleniſſime refrigeratur.quõ etiam aqua.igit̃ euri aer de ortu calidus:auſtri de meridie fertur:cũq̃ frigidiſſimũ locũ adiere cõpẽdio cõcreſcunt:atq̃ in aquã cõſiſtunt:magiſq̃ eurus aquã agit:quoniam aeré de ſolis parte nec minus calidum ducit. Auſter aquã mittit cum ceſſat:quoniã aer qui primus ex mari accedit crigidus eſt.ultimus auté tepidus ex terra occurrit.an non id ſolum cauſa ſit. ſed etiã q̃ ad poſtremũ auſter creſcit. Vnde illud prouerbium. Cũq̃ auſter ſurgere cœpit:atqui frigidiores qui uæhemẽtius ſpirant:igitur merito in nubes aeré poſtea cogit.an ea ipſa ratio ſit cur poſtquã principio fertilior aquæ occurrat.

Cur uenti ſiccant cum frigidi ſint.an quoniã qui frigidiſſimi ſunt uaporé eliciunt:

Sed cur amplius ſiccẽt q̃ ſol.an quia uaporé nõ ſolum euocãt:uerũetiã adducunt. Sol auté relinquit: itaq̃ ut magis humificat ſic minus aſſicat.

Cur unus uẽtorum cæcias nubes ad ſe uocat:quod etiã prouerbiũ illud declarat. Vt cæcias nubes: ſic ille opes trahẽs.cæteri nãꝗ unde ſpirãt:inde tm̃modo expellũt. Vtrũ uẽtus aduerſus eodẽ in tẽpore ſpirãs id faciat.an ſi hoc eẽt haud unq̃ iatere potuiſſet.eteni ſpũs hic ſuapte natura circulari linea fert̃. Ergo cæteri per terram uagãtur.hic cælũ uerſus ſuæ lineæ cauũ erigens non ad terram reſupinans ſuam originem repetit:itaque nubes facile ad ſe ducit.

Cur fauonius ſerenus ac iocũdiſſimus uẽtoꝝ oĩum eſt: & qualẽ Homerus flare ꝑ cãpos eliſios carmine illo dixit. Sed zephiri aſſidue ſpirãt:auræq̃ ſalubres. an primũ ꝙ aeris tẽperiẽ plene obtinet neq̃ enĩ calidus eſt:ut q de meridie ortuq̃ ſpirãt neq̃ frigidus ut q de ſeptẽtrionib⁹ ueniũt:ſed medíũ frigidoꝝ & calidoꝝ flatuũ tenet. Quod cũ utriuſq̃ in uicino ſit particeps utrarũq̃ uiriũ euadit.itaq̃ tẽperatiſſimus eſt:& uere maxime ſpirat:ad hæc flatus oẽs trãſire uel in ſibi aduerſos: uel in dextros cõſueuerũt:itaq̃ cũ poſt aq̃lonẽ fauonius ſpiret:dexter enĩ hic eſt.efficit̃ adeo tanq̃ mitis ad imitẽ:& ſimul ubi deſtitit hyems.ſerenũ magna ex parte ſubſequi ſolitũ eſt.atqui flatus hibernus aq̃lo eſt. Subſolanus q̃uis inter calidos & frigidos ſitus minus qualitatis eoꝝ particeps eſt. hic enĩ cũ ſpirat flatus uergẽtes ad auſtrũ motitat quidẽ.iſtuc enĩ trãſferre aſſolet: ſed miſceri tamen cũ his minime patit̃.at uero fauonius & moueſ ab auſtro:& ipſe cũ ſpirat moueat aquilonẽ huc enim uſq̃ progrediẽs:uiciſſitudo ſpirituũ finem ſui circuitus facit. Quod cũ unus facit alterius finẽ alterius initiũ ſecũ habeat merito ſuauius & eſt & eſſe uidetur.

Cur fauonius horis poſtmeridianis ſpirare nõ mane ſoleat.an ſol magna ex parte uel oriens uel occidens auctor ſpirituũ eſt: Quotiẽs enĩ aer eſt humidũ tepefaciẽdo ꝑcoquit atq̃ diſcernit in ſpiritum ſane illũ extenuat. Quod ſi tãtiſper acciderit:ut aer ſpirãtiuſculus ſit:magis magiſq̃ a ſole uertetur in ſpiritũ. Quotiẽs igit̃ ſol in exortu eſt.ꝑcul a fauonio abeſt.hic enĩ ab occaſu ſe ꝑmit: & cũ iam occidere ꝓximus eſt.aer oĩno extenuatus diſcretuſq̃ fluit.at dũ cõfecto meridie pergat ad poſtmeridianũ.tãtiſper ad aeré tepefaciendũ diſcernendũque modice ad modũ habet. Subſolanus quoq̃ ob eã rem mane ſpirare incipit.aeré enim qui ſupra terrã ſublimis impẽdens nocte humefactus ſolo ſui põderis ratione appropinquarit.ſol mane diſcernẽs ꝓximũ ſibi excitat primum. Qui auté ex ſole oriente ſpirat ſubſolanus hic appellatus eſt.

Cur ſole ſe attollẽte ſpũs & ſternunt̃ & augent̃.an q̃a ſpũs uel aeris uel redũdãtis humoris cõmotio eſt quæ ut cũ parua eſt.cõpẽdio a ſole cõſumit̃ itaq; nullus ſpũs inde exiſtit:ita cũ magna eſt ſolis exortu amplior redditur. Sol enĩ auctor & parẽs motuũ eſt.

Cur fauonius horis poſtmeridianis ſpirare ſoleat.an ꝙ ſpũs oẽs ſole humorẽ diffundente:ꝓueniũt: humor enim qui ante ac cõcreſcebat tabeſcit:cũ uis caloris in ꝓpinquo eſt:itaque ſpiritũ mouet: atqui fauonius de occaſu ſpirat. Recte igit̃ poſt meridianis exorit̃.tunc enĩ ſol eius ad locũ accedit

Cur aquilo & auſter ſæpiſſime ſpirẽt.an quia contrariũ a ſuo cõtrario e directo.ſ.oppugnatũ minime edurare poteſt:ſed ex latere potius:aduerſam uim tolerat.auſter uero & aquilo. excurſus ſolis lateribus ſpirant:cæteri aduerſi potius occurrrũt.

Vtrũ ſpũs fonte quodã emergat:quẽadmodũ aqua ſupra quẽ fontẽ efferri nequeat:an nõ & utrum uno ex pũcto.an ex loco ꝓfluat ampliori. Sũt certe nõnulla in aere quæ uel in aqua accidere pari rõne uidemus. Quippe cũ aqua per ꝓna ocius fluat:q̃ cũ in planis atq̃ æqualibus ſtagnat.hoc enĩ & ſpũs faciũt.nã locis editis atq̃ excelſis aer aſſidue mouet̃.cauis ecõtra ſæpe quieſcit & cõſileſcit. ad hæc ſup excelſiſſimos mõtes ſpũs nulli excitant̃:ut ſup athon ac reliquis generis eiuſdẽ.indiciũ ꝙ quæ reliquerint:qui modo ſuperiori ſacrificarũt:poſteriori incorrupta cõperire affirmãt. Conſtat igitur ſpũs quoq̃ prolationẽ ueluti ex fonte quodã attitari ſuper quem nihil ꝑterea efferre ſe poteſt. Vnde fit ut locis excelſis quod modo diximus accidat:quod idem datum etiã aquæ putauerim. Nec enim aquã uæhemẽtẽ nec ſpiritũ rapidũ locis excelſis fieri nouimus.

Cur auſtro ſpirante ceruleũ mare fiat:aquilone obſcurius utriuſq̃:an ꝓpterea ꝙ aquilo minus mare ꝑturbat.omne auté quod trãquillus eſt:atrum eſſe uidetur.

Quam ob cauſam auſtri cũ leuiter ſpirãt:nequeat nubilare:cum intente nimirũ queant:an quoniã tum leuiter freqnẽtiam nubiũ agere nequeant:itaque breue ſit:quod obduci nubibus poſſit:at nero ubi excreuerunt multas depellunt:itaque amplius obnubilare uidentur.

Cur aquilo ut magnus incipiat ita paruus deſiſtat.auſter contra ut paruus incipit ita magnus ceſſare ſoleat.an quia nobis aquilo in uicino eſt:auſter longe abeſt.alter igiť ubi primũ exortus eſt nox occupat.alter ſuo diſpſo principio utpote diu ꝑtracto exiguus ad nos primũ deuenit.at finẽ alterius minime itaq; merito alter ĩbecillus cũ ceſſat eſt. omniũ nãq; finis imbecillus eſt alter ualidus: Finem enim iſtius nihil ꝑterea ſentimus.

Cur uerſarii q̃ mare ſinuať reflarẽ ſoleãt:qua porrecta pãſaq; maria ſũt:reflare nõ poſſint.an qm̃ flatus in ſinũ interrũpẽs nihil diſtrahiť:imo magna parte uniuerſus ꝑferť.at in diſpalatis porrectiſq; obterranei &ꝓtinus magis diſtrahunť:& inter ꝑfluẽdũ hac eadẽ repatiunť:qm̃ nihil obſiſtit quominus multas in partes ꝓruant. Verſarius enĩ nõ niſi reflexus abterraneis eſt.

Cur dici ſolet.cũ ceſſat boreas cũq; auſter ſurgere cœpit:an qm̃ boreas ꝙ nos ei ſubditi ſumus: parſque habitata terræ uergit ad ſeptẽtriones.intẽtus protinus accidit.quippe qui ſtatim cum ortus ẽ auſter ꝙ ex loginquo ad nos deuenit:nõ primũ ſed poſt intẽtior eſt.

Cur ſpirãtibus auſtris homines grauiores inualidioreſq; ſeſe reddunt.an ꝓpterea ꝙ humor corporis flatus eius calore tabeſcẽs multus ex pauco redũdat:atq; humor grauis leui ex ſpiritu cõſiſtit quas ob res uires hoĩs debilitari neceſſe eſt.

Cur ſpirãtibus aqlonibus cibi auidiores ſumus q̃ auſtris:an ꝓpterea ꝙ aqlones frigidiores ſunt.

Cur auſter oris terræ ægypti nõ afflat:nec ĩterius iter diei ac noctis ſup mẽphim uero uel inter diei ac noctis ingenuus ſpirat:nec uero occaſum uerſus iter duũ dierũ:totidẽq; noctiũ adit exortũ aũt uerſus africi incitanť:an qm̃ terra ægyptus caua partes ſuas interiores eſt : ſupiores ſemotioreſq; eminẽtior.hinc enĩ auſter ut caua intacta ſupgredi ſic excipi ab eminẽtioribus põt.

Cur auſter paruus oriť magnus deſiſtit.aqlo cõtra.unde ꝓuerbiũ illud ſecũdæ nauigationi delegatum eſt.cũ ceſſat boreas cũq; auſter ſurgere cœpit : an ꝙ ad ſeptentriones potius q̃ ad meridiem poſiti ſumus.aquilo aũt ex ſeptẽtrionibus ſpirat.auſter ex meridie:merito alter ſtatim cũ ortus ẽ uæhemẽs proxima ſibi loca inuadit.poſt deinde ſuã uæhemẽtiã in loca tranſfert remotiora:alter ecõtra hoĩes meridie incolas inter inicia urget poſt ubi ꝑteriit ingenuus ad nos uenit.

Cur dici ſoleat.Fit glacialis hyems boream ſi dux erit auſter:an ꝙ auſter talis eſt : ut nubes large & aquam colligat.Cũ igitur tali temporis cõditioni ſuperuenit:gelu indurat:hyemẽ quæ efficit.Vnde celebre illud eſt.Offendẽte lutũ borea mox terra gelaſcit. Lutũ enĩ & oĩno aquã ab auſtro uel maxime uel ſæpiſſime fieri palam eſt.

Cur poſt auſtrũ cito aquilo ſpirat:poſt aquilonẽ nõ cito auſter:an qm̃ alteri ex ꝓpinquo alteri ex lõginquo ueniendum eſt quippe cũ ſedes noſtra aquilonẽ uerſus poſita ſit.

Cur flatus frigidi ueniũt cũ caloris cõmotiõe orianť.an motionẽ a calore profectã calidã eſſe neceſſũ nõ ſit:niſi mõ quodã ꝓdierit.Nã ſi uniuerſa interrũpit calida eſt:ſi per anguſtũ paulatimq; extringuitur:nec ipſa calida ꝓuenit:& aer qui ĩdẽ cõmotus eſt talẽ efficit motũ qualis ipſe ꝓfuerit : quõ & iã eodẽ de corpe modo calidũ mõ frigidũ poſſe ſpirari inquiũt: Sed id uerũ nequaquã eſt. ſemp enĩ quod exit calidũ eſt:cuius indicium ꝙ tale propius admouẽti percipiť:ſed intereſt quo prodierit modo:Nã ſi multo poſthiãte ore emiſimus calidũ idcirco uideť:qm̃ ſentire id poſſumus. ſed ſi angutũ extrudamus:calidius ꝓfecto extrictũ aerẽ ſibi proximũ ĩpellit:atq; ille ſibi cõtinuũ.Sed ꝙ aer frigidus eſt:motio eius quoq; frigida ꝓfluit.Nunqd igiť in flatuũ quoq; rõne hoc idẽ eueniat. ſitq; p anguſtũ prima eoꝝ motio:tũ aere priore plato ſubinde alius affluat. Quapropter hyeme frigidi:æſtate calidi oriunť.eo.ſ.ꝙ talis eoꝝ tẽpoꝝ aer ꝑeſt:nec enĩ a ſeipſum aerẽ moueri: neq; a calore cõuictũ:eo motu ꝓferri cõſtat:nõ ſolũ ꝙ calore ampliori cõtento ſpũs calefaciunt. Veꝝ ꝙ ſurſum etiã efferunť.ignis enim natura huiuſcemodi eſt frigidũ cõtra deorſum ferri aptiſſimũ ẽ: Spũs autẽ merito in latus ſe uertũt.Cũ enĩ alterũ ſurſum alterũ deorſum uerſus nitatur:& neutꝝ alterũ ſuperet:nec fieri poſſit ut maneat:obliquæ perferri neceſſe eſt.

Cur auſtri frigidi in africa ſint ut apud nos aqlones.Primũ qa ut nobis aqlonũ or.go:ſic africæ auſtroꝝ ꝓpior eſt.Nã ſi ut dictũ eſt.flatus p anguſtũ extrudi ſoleat.ꝓpioribus certe frigidiores occurrẽt:ꝓpter uæhemẽtiã ſui motus quã diffundi hebetariq; neceſſe eſt:cũ ſe longius ꝓtrahit quade cauſa aqlones frigidi apud nos ſunt.colimus enĩ ꝓpius ĩmo iuxta ipſos ſeptẽtriones.

Cur auſtri ſicci:& aquæ omnino expertes febres contrahant. An quoniam humorem calidum alienum in corporibus careãt. quippe qui natura humidi & calidi ſint:quæ quidem qualitates febricæ ſunt.Febris enim earum conſiſtit exuperantia.Quotiens igitur per ſolis ardorem omni uiduati humore ſpirant habitu plane huiuſcemodi ſunt.at cum una ueniunt cum aqua refrigerari nimirum aquæ ipſius beneficio poſſunt.

Cur flatus anniuerſarii eodẽ tpe atq; modo afflare ſemper ſoleant:& cur deſinente die deſinunt no-

ctuque nõ ſpirãt.an id quidẽ ipſum qm̃ nix liquefieri ceſſat a ſole cũ ueſperaſcit.totãque noctem manet indomita.oĩno aũt ſpirãdi tẽpus tũc ẽ.cũ ſol uincere atque reſoluere glaciẽ ad aquilonem poſitam cœpit cũ igitur ĩcipit p̄uii apellati ſpirãt.cũ iã amplius reſolutũ eſt anniuerſarii.

Cur fauonius uentorũ oĩum leniſſimus & frigidiſſimus eſt duobuſq; tẽporibus maxime ſpirat uere ac autũno.cũque ueſperaſcit potiſſimũque terrã attingit: an lenis quia ex mari cãpiſque planiſſimis ſpirat frigidus tametſi minus quã aquilo ẽ.qm̃ aqua inflata nõ niue ſpirat cæteris tamẽ frigidior ẽ.quia uel poſt hyemẽ ſole adeo nup reuigẽte uel autũno cũ ſol amplius nõ uiget ſpirare icipit. Vicinus hic maxime terræ afflat.ꝙ e directo nullaq; aduerſante ui ex mari ad terrã trãſit haud enĩ ut p terrã materia obſiſtẽte arcetur.ſed libere quoquo uerſus uagatur qm̃ humorẽ preptat & æq̃bili quoq; diſcurſu hac eadẽ de cã ꝓfluit.Nõ enĩ ex mõtibus neque niue per uim tabeſcẽte ſed tanquã per fauces expedite ꝓfunditur.pars q̃ppe ad aq̃lonẽ.aut ad auſtrũ uergẽs mõtuoſa eſt occaſũ uerſus nullus mõs.nulla terra eſt.ſed mare athlãticũ ſpaciat itaque efficitur ut terræ ꝓximus atque ſibi æqualis p̄manet.Spirat cũ ueſpera ꝓpe eſt loci ipſius ratione. Tũc.n.ſol ꝓxime ad locũ accedit unũ fauonius oritur.Noctu q̃eſcit qm̃ tũc ſolis motio deeſt.

Cur euro ſpirãte oĩa maiora uideatur an qm̃ eo flatu aer obſcurior caliginoſiſſimuſque reddatur

Cur tpe hiberno flatus de ortu ſpirare mane æſtiuo de occaſu poſt meredieẽ cõſueuit.an propterea quod flatus q nobis æſtiuo ueniunt hiberno bis ſpirãt q oppoſitum terræ emiſperium tenent.Nobis autẽ hiberno mane atq; de ortu ſpũs ueniunt : ꝙ p̄humidus noctis aer diſcernitur.moueturq; mane a ſole.atq; is primis q proxime ſolẽ eſt quod etiã ante ſuũ exortũ ſol agere põt.exquo auræ ſpirare non minus ante ſolis exortũ ſolent ergo cũ ſol humores ad ſe attrahat.moueatq; ante ſuũ ortũ aera q per hyemẽ humidus apud nos ẽ cõſtat uel ad ſe poſſe atatrahere cum inferius emiſperiũ inſpicit.idq; poſt meridiẽ ibi efficere.quod tẽpus nobis ante lucanum eſt. Quamobrem accidit ut aer qui ante ortum hic a ſole attrahitur.fauonius inferis ſit.aſpiretq; horis poſt meridianis itaq; flatus hiemis noſtre exortius nobis poſtmeridianis illis ẽ.idem nobis exortius accedit æſtas enim apud illos eſt cum apud nos hyems noſtrumq; poſtmeridianũ illis ante lucanum ẽ.quo illis auras exortiuas.a nobis fauonios aſpirare p̄dicta euenit rõe.Nihil de ortu p æſtatẽ ſpirare ſolet eo quod ſol ad aera ſedis noſtre ſicciorẽ exoritur laug; enim tẽporis abſuit fauonii poſt meridiẽ nulli p hyemẽ aſpirãt quod exortiui eodẽ tempore nulli inferiori emiſpherio flare ob eã quã mõ diximus cãm p̄nt.Sol enim humores inde ad ſe attrahẽs nobis fauonios præſtat.

Cur fauonius illuſtris ſerenus atq; gratiſſimus uentorũ oĩum eſt.an quia mediũ calidorũ & frigidorum flatuũ tenet.uicinuſq; illis oriens particeps qualitatũ generis utriuſq; euadit tẽperatuſq; proinde accedit.Subſolanus quãuis inter eoſdem poſitus ſit.minus tamen communem ſe exhibet hic enim mouet quidẽ cũ ſpirat flatus qui auſtrũ uerſus ſpectant: eo namq; tranſire ſolitus eſt ſed miſceri his neſcit.At uero fauonius & mouetur ab auſtris:& ſpirans ipſe agitat aquilones.Iſtuc enim ultimus ſpirandi circuitus ducitur unde cũ idem in ſe alterorum finem alterorũ initiũ contineat iure gratiſſimus & eſt & eſſe uidetur.

Cur uẽti alii locis alii ĩbrẽ efferãt.uerbi cauſa heleſpontias terræ atticæ inſuliſq; uicinis aq̃lo heleſponto atq; cirenæ:auſter leſbo.An ubi freq̃ẽtia nubiũ inibi ĩbrẽ obuenire neceſſe eſt:ibi autem freq̃ẽtia cogit̃.ubi aſſidere nubes arceriq; eſt.itaq; mõtibus magis q̃ planis pluit : ergo apud heleſpõtũ aquilo multas deſũp nubes cõpellit:q̄d idẽ ad atticã:iſulaſq; uicinas heleſpontias quaſi iã cõditã nactus materiã efficit quippe cũ copia larga cõgeſta ab aquilone ſit.leſbo eurus atq; auſter nubes affatim ex alto adducũt:atq; in hũc modũ uel de cæteris cogitare par eſt.

Cur dici ſolet.Nauibus hiberno uentos dat terra ſecundos.Tunc mare fert ſænos calidi ſub menſibus anni. Terra dabit ſæuos : ponti feret unda ſecundos.An quoniam mare per hiemem calidius eſt.Itaq; ſiquid in eo conſtitit:inicio conſtitiſſe ualidiori certum eſt. Nam ſi inualidum eſſet:facile maris tepore abſumeretur. At per æſtatem mare frigidum eſt : ſpirituſq; matitimi omnes frigent.Terra econtra tũc calida eſt : quare ſiquid ex terra tunc fertur primordio id conſtitit ampliori.Nam ſi exiguum imbecilluq; eſſet facile ſolueretur & euaneſceret.

Cur apud archadiã qui locus excelſus eſt:flatus nihilo frigidiores q̃ cæteris locis ſentiant̃.& cũ flatur ſilet cælũq; nubilũ eſt:frigidior p̄inde atq; in planis paluſtribus oriatur.An ꝙ archadia nõ diſſimilis paluſtribus eſt.Aquarũ enĩ cõfluẽtiũ nullos in mare exitus habet: Quapropter fauces hiatuſq; p̄cipites ea in terra numero ampliori ſunt.Cum igitur uẽtus ſpirat uaporẽ ortũ ex terra frigidum auertit & reicit.flatus autẽ ipſi frigidi propterea eſſe nequeunt:quia ex mari deueniũt.Spiritu tamen fileſcente uapor de aqua ſtagnãte libere aſcendit atq; refrigerat.

Cur ſi uentus mane incœperit:edurare amplius poſſit.An quoniã ſole oriente impetus fit uæhemẽtiſſimus icciroo protrahi longius poteſt.Indiciũ ꝙ cõſtitutio facta præualida eſt.

Cur equilo interdiu ſpirat ingenuus noctu deſiſtit.An ꝙ imbre gignitur congelatio cum ſolis calore reſpirandũ eſt.ergo ſternitur noctu quia ſol abeſt qui gignendi cauſa eſt.

Cur flatus futuri indiciũ datur cum per aerem multæ ſeruntur arachneæ. Vtrum ꝙ arachnea ſuo fungitur opere cum cælum ſerenum eſt. ferunť autẽ fila quoniã refrigeratus aer in terrã corruit Refrigeratio uero hiemis primordiũ eſt: itaqꝫ indiciũ fit illa arachneaꝝ ꝓlatio. An ꝙ poſt imbres atqꝫ hiemes arachneæ uniuerſum ferunť. opus enim ſuum arachneus tunc exequitur cum cælum ſerenum eſt & occulit ſe impatiens frigoris cum hiems urget: tractuſqꝫ a flatu nimiũ eruit filum. poſt imbrẽ autem flatus magna parte oriri ſolitum eſt.

Cur locis frigidis aquilo per hiemẽ uæhemẽs ſpirat: & ut ꝓxime nubilus: ſic tranſuorſum liquidus fertur atqꝫ illuſtris. An ratione qua frigidus eadem etiam uæhemens ſit. Quod tamẽ e propinquo frigidior eſt: occupat priuſqꝫ nubes gelu indurat q̃ repellat: quæ induratæ pondere ſuo obſiſtũt & manent. Tranſuorſum autem uæhementia ſua potius q̃ frigore agit.

## DECIMAOCRAVA PARTICVLA QVAE AD METVM FORTITVDINEM MORES DENIQVE AFFECTVSQVE VARIOS ATQVE CIVILE IVS PERTINENT.

CVr tremũt qui metuũt: an propter refrigerationẽ. deficit enĩ calor atqꝫ cõtrahitur: ex qua aluus quoqꝫ plæriſqꝫ ob timorẽ effuudi ſolitus eſt.

Cur metuẽtes nõnulli ſitiunt. Vt qui ſunt tormẽta adituri. cũ enĩ per timorẽ refrigerẽtur: ſitire minime debeãt an nõ eodẽ loco refrigerẽtur & caleant ſed refrigerentur per ſũma corporis: unde calor diſcedit: caleant per intima caloris. ſ. introrſum cõtracti efficientia. Cuius rei indiciũ alui quoqꝫ ſolutio facit. Sitis autem parte quadã interiore ſiccata ſolet accidere: nec aliter agi uideť q̃ in his quos epiala exercet: qui ſimul & frigẽt & ſitiunt. Nec enĩ illis pars eadem corporis inalgeſcit & concaleſcit.

Cur hoĩes cũ excandeſcũt: calore. ſ. introrſum collecto feruidi fidibũdiqꝫ redduntť: cũ metuũt cõtra efficiunť. an nõ eundẽ in locũ celor ſe colligat. ſed homini iraſcenti cor calore circũfuſum efferuent: ex quo fidibundus rubicũdus ſpirabũdus efficitur: cũ calor ſurſum uerſus ſe efferat. Metuẽti ſanguis & calor in imum perfugiũt. Vnde fit etiã ut aluus fundať. Nam & cordis compulſio nõ ſimilis agitur: ſed metuẽti utpote ex caloris inopia frequẽs ac feriẽs eſt. Iraſcẽti ecõtra: utpote cum calor collectus ſit copioſior. Quãobrẽ efferueſcere aio excitari: ꝑturbari: cæteraqꝫ id genus uerba non inepte ſed accõmodate dicũtur. Nunquid igiť ſitis ea de cauſa obueniat: nã & ſiccũ expuere. & linguã hærere & reliqua huius ſpiritus elatio facit & ſanguis. Sitim quoqꝫ excaleſcente corpore naſci certũ eſt: ſed quẽadmodũ pars eadem corporis qua ſitis laceſcit reſiccari utriqꝫ metuẽti & iraſcenti poſſit. metũ enĩ ſitim poſſe afferre cõſtat militũ argumento qui ſupati fugã rapuerint: nũquã enim tam grauiter ſitibundos ſeſe fuiſſe fatentur: & uero qui in dicẽdo cõturbãtur ſitire uæhementer cõſueuerũt itaqꝫ oſeluũt: & nõ nihil ſubſorbẽt ut parmenõhiſtrio facit: an hoſte cõturbatos nõ ſitis ſed ſiccitas pulſo ſanguine teneat. Vñ etiã accidit: ut palleſcãt. indiciũ uero ꝙ nõ multũ ebibũt: ſed ĩterdũ deſorbuiſſe tm̃ ſatis eſt. Atqui ſe in fugã uerterũt: laborãt itaqꝫ ſitiunt: & q̄bus tormenta inſtant eadẽ ipſa efficiẽdi ratio eſt: nec mirũ quicq̃ id eſt. fit enĩ in re bellica ut nõnulli etiam uiri fortes ac ſtrenui ubi ſtructa acie hoſtes ſunt petituri obtremiſcãt: nõ ꝑterriti: ſed fidentes qui et ã ſua corpora uerberare lata ferula: aut ſuis manibus aſſolent ut undiqꝫ uorſum pari colore inferueant. quidam enĩ inæqualis ac tumultuarius motus in eoꝝ corporibus ꝑ acumen & nimiũ impetũ caloris oriri ferme animaduertitur.

Cur hoĩes fortes magna ex parte uinoſi ſũt. An q̄a fortes calidi ſunt. Calor autẽ in pectore cõditus eſt. Ibidẽ enĩ metũ quoqꝫ refrigeratione quadã effici nouimus: ut cor fortibus caloris copia fultũ ꝑſiſtat timidis refrigeratũ inſiliat. ergo qui ſanguinolentũ habẽt pulmonẽ calidũ hũc modo uinolentoꝝ gerũt. ita ut rei aduerſæ ſuſpitiõe refrigerari nõ queãt. At q ita ſe habẽt: bibendi auidi eſſe cõſueuerunt. nã & bibendi cupiditas mẽbri eius calore oritur ut alias dictum eſt. & cupiditas ipſa non niſi rei uim ſedandi habẽtis deſideratio eſt. Vinũ autẽ etſi natura calidũ eſt ſitim tamẽ amplius q̃ aqua extinguere põt. maximeqꝫ id genus hominũ: quã ob cauſam dictũ alias eſt: ex quo & q ſpirãdi difficultate laborãt: aut inſania uexanť: uinũ ad modũ cupiũt: q̃q̃ alteris ex inſtrictione alteris ex perturbatione pulmo efferueat. Cũ igiť magna ex parte hoĩes eoſdẽ ſitibundos ac fortes eſſe obueniat: uini autẽ auidi qui ſitibundi taleſqꝫ geſtiunt. naturas uiciſſim inter ſe conſectari neceſſe eſt. Vnde fit etiã ut uinolenti q̃ ſobrii fortiores ſint.

Cur fortitudinẽ maxime honore ꝓſequunť reſpu. quæ tamẽ uirtutũ ꝑcipua nõ eſt. An quia ſemper uel ipſe bellũ aliis inferunt: uel ab aliis ſibi illatũ patiuntur. hæc autem uirtus perutilis utrãqꝫ in partẽ eſt. honorãt uero non quæ optiũa ſunt: ſed quæ optima ſibi exiſtiment.

Cur uoce & manibus & labro inferiori tremãt qui metuũt. an quoniã hic affectus caloris defectio ex locis ſupioribus eſt: ex quo ut palleãt accidit. Quod igitur calor pectus deſerit: uox obtremit. Id enĩ refrigerať quod uocẽ mouet: & manus quoqꝫ pari ratione ceſſanť: utpote quæ ex pectore

pēdeāt.Inferi⁹ tñ nō ſupi⁹ labrū q̄tit:qa ſupi⁹ eo pēdet:quo ſuapte natura uergit. Inferi⁹ ſurſum caloris bñficio ſtabilit̃:atq; qeſcit quo ſublato ialgeſcit & tremit:& uero in excādeſcendo imū labrū eadē de cā laſſat̃:& pēdet qđ late in pueris patet.calor eteni in cordis ſedē cōferre ſe cōſueuit.

Cur hoīes metuētes tremūt:maximeq; uocē & manus & imū labrū an uocē qa calor hinc deficit: quo in loco uox poſita eſt:labrū uero & manus qm̄ partes iſtæ nobiliores ſūt:minimeq; ſanguinolentæ bilē quoq; idē deiiciūt:& teſticulos cōtrahūt.deiiciūt qa calor deſcēdēs diffundit & liquefacit.Cōtrahūt qa metus inuectus extrinſecus eſt:ut fugā in aduerſum agi oporteat.

Cur hoīes metuētes:& algēt & ſitiūt:quæ qdē affectiōes aduerſæ īter ſe ſūt:an algēt refrigerati ſitiunt calefacti.Calor enī in metuēdo ſupiora deſerit loca:qđ facie aluoq; cōſtat. facies enī pallet.aluus īterdū fundit̃. ergo ꝙ calor locis ſupiorib⁹ deficit:algor orit̃:ꝙ humor deficit:ſitis exultat.

Quā ob cauſam cū & metus & dolor quædā ſit ægritudo:q dolēt clamāt:q metuūt ſilēt:an q dolent ſuū retinēt ſpūm:itaq; is uniuerſis erūpēs cū clamore emittit̃. Metuētibus corpus refrigerat̃. caIorq; ima petit:qui ſpūm mouet.Quo igit̃ hic ſe cōtulerit:ibidē ſpūm potiſſimū excitabit: q̄ propter neuter eorum q metunt obcrepare ſolitus eſt. Vox aūt ſps ſurſum uerſus elatus eſt:partibus quibuſdam ueluti inſtrumētis cōficiendus abſoluēduſq;. Cā uero cur hoīes dolentes ſuū retineāt ſpm eſt:ꝙ oēs iditis a natura nobis ꝑſidiis aliquo detrimēto affecti:ſine ulla cogitatione uti ſolemus:ut ēt cæteræ oēs aīantes aliæ nāq; cornibus aliæ unguibus repugnāt:ſeſeq; defendunt.atqui ad dolores uel oēs certe uel plurimos calor adiuuat.quē ꝑfecto is auget qui ſuū cohibet ſpm.Calefacit enim doloris incitabula:contracto in trorſus calore ꝑ ſpm atque excoquit.

Cur metuētibus alui fundatur:libidoque urinæ laceſſat. an quia calor inſitus nobis q̄ſi aīans eſt hic ergo rē q̄cūq; timuerit:defugit.qđ cū extrinſecus tū cōturbādi tū cæterorū metuēdi generū rō inuehat̃ atq; in ima de ſupis defluat.& e ſūmis ad ī tima ſeſe penetret.efficit̃ ut alui ueſicæq; fundāt̃ facileſque reddant̃.Nā & anethū & abſinthiū & q̄cunque urinā moueāt eadem calida eſſe manifeſtum eſt.Quinetiā medicamēto aluo accōmodata calorifica eſſe nouimus.& partim eorum ſoluēdi uim tñ obtinēt.partī uel aliter tabefacere queunt:ut alliū urinæ tabificū ē.hoc igitur idem qđ ea ipſa calor quoque efficere pōt qui de ſūmis in hæc loca ſeſe cogit & cōtrahit:

Cur hoīes metuentes ſuos teſticulos cōtrahunt.Cōtrariū enī ut remittant̃ & flacceāt cōgruū dixeris cū calor metuentiū in eū locum ſe colligat.an metuentes omnes fere ſimiles frigētibus ſint.Cum igitur calor ſumma corporis deſeruit:retrahendū ſane eſt.quāobrem uentris quoque murmur citatur cū timor uehemēs detinet.cutem quoque algentiū ſūmam uidemus contrahi:ut pote cum calor inde deſtituerit oīs.ex quo ſubſequi hortor cōſueuit.Scrotum ergo ſurſum conuellitur:atq; eo contracto una teſticuli cōtrahūtur. Quod melius in coitu uenereo patet.Metus enim excernit multiſque cōturbatis aut ꝑterritis genituræ mouetur profluuium.

Cur aliqui ægrotēt:ubi uitā luxurioſam uiuere aſſueti agere luxurioſe ceſſarunt.ut.Dyoniſius tirannus:ꝙ in urbis ſuæ obſeſſione aliq̄tū tpis a potu ſolito deſtitit:tabe ꝑtinus interea laborauit.An cōſuetudo res magna cuique ſit.Iā enī in naturæ hītū ferme abſoluitur:ergo ut piſces inter aerem aut hō in aqua degens male habeāt neceſſe eſt.ita qui morem mutarint ſolitū:ægre atque moleſte ex cōſuetis diſcedunt.& eodem rediiſſe ſibi ſaluberrimū hñt perinde qua ſi ad ſuæ naturæ ſtatum redierint:Tabeſcūt item alimēto carentes:quo ante hac copioſo ſuauiſſimoque uti ſolebāt.Quod enim cibo ſolito ueſcūtur ꝑinde afficiuntur acſi nullū penitus capiant.Quinetiā materia excreſcēs atque in utilis mixta cū alimoniæ copia hebeteſcit:exoleſcitque.Immixta autē ipſam in natat fert̃que in oculos aut ī pulmonē. Qua propter cibo deīde ī geſto ſolito tēperatur dilutaque & ī noxia redditur.Redūdat ꝑterea uacans illa materia hoī īmoderate : luxurioſeque uiuēti:ubi luxuriari aliquātiſp deſiit:eo quod multā in ſe materiā cōtinet indigeſtā uitæ.ſ. ſupioris cōgeriē:q tabeſcēte calore gemino ac intimo efficit̃ ut fluēta uberius ueluti copia que facta moueantur.

Cur duoꝝ tm̄modo ſenſuū rōne hoīes incōtinentes uocamus ideſt tactus & guſtus.An ꝑpter uoluptates quæ pariter nobis ac cæteris aīantibus oībus per hoſce ſēſus admiſtrāt̃.Quod īgit̃ cōes eas cū beſtiis habemus ſpernimus & ſolas oīum aut maxime uicio probroque damus.Itaque hoīem eis addictū uitupamus:etiam incontinentem atque intemperantem appellamus:quoniam a teterrimo uoluptatum genere ducatur.

Cur hoīes iucōtinentes: rōne tm̄ cupiditatis dicimus:cū etiam in iraſcendo incōtinentia ſit.An quia incōtinens eſt qui contra rationem aliquid agit:& incontinentia eſt aſſuetudo rationi contraria Sunt antē cupiditates fere oēs rōnem. Iræ nero cum rōne non tñ ita cum ratione:ut ratio iubeat: ſed in uectam contumeliam cauſamue ſignificet.

Cur continentia & temperantia in iuuenibus atq; ditibus recēſemus.Iuſticiam uero in pauperibus An quia ſiquis re abſtinet: cuius maxime indiget laudabilior eſt quā ſt ecōtra.Paup igitur facultatibus indiget:iuuenis & diues fruitione.

Cur minus ſit in qua famē tollerare poſſimus.Vtrū quia ſitis res magis anxia eſt. Cuius īdiciū quod

ſuauius ſitientes bibimus quã eſurientes comedimus triſtius autẽ qđ ſuauiori aduerſũ eſt. An quia calor quo uiuimus humidũ magis q̃ ſiccũ deſiderat. An quia ſitis rez duaz libido eſt potionis in quam & cibi fames unius cibi tantummodo eſt.

Cur minus ſiti quã famẽ patiamur. An quia ſiti amplius cõtriſtamur q̃ fame. Cuius indicium uoluptas ſane facit: quã inter bibendũ capimus uæhemẽtiorẽ. Tũ etiã qui ſitit res duas deſiderat cibũ atque refrigerationẽ. Iſthæc enim ãbo potio exhibet. Atqui eſurit alterius tantũ appetẽs eſt:

Cur incontinentes eos appellare ſolemus: qui uoluptate cõtractãdi aut guſtandi exuperarũt. Nã qui inmodice re utuntur uenerea: & qui luxu delectantur: ciborũ incontinentes uocamus. Ciborũ tñ non eadẽ ratio eſt: ſed parti linguã parti gulã ſua mouẽt ſuauitate. Vnde Philoxenus gruis collum a diis ĩmortalibus ſibi dari obtabat. At uero qui in uidendo audiendoue modũ excedunt: non eodem uocabulo ſignificamus. An qm̃ uoluptates ſenſibus hiſce accomodatas: cões cũ cæteris aĩantibus habemus ergo ut cões ſpnimus notamus ſolaſq; oĩum aut maxĩe probro damus. Itaq; hoĩem his deditũ rephendimus: & incõtinentẽ atq; intẽperãtẽque appellamus: quod uictus a teterrimo uoluptatũ genere ducitur. Sed cum ſentiendi genera quinq; ſint cætera aĩalia duobus tm̃ que modo dixi uoluptatẽ ſibi acquirunt cæteris uel nihil oĩno delectantur. uel per accidẽs ita afficitur. Quod enĩ uidet aut olfacit tãtiſper gaudet quo ad guſtus tactuſq; officio fruiſcatur. Cum genus idipſum cõcupiſcendi expleuit: illorum quoq; ſuauitas deſiit ut ẽt nobis ſalſamenti odor cũ ĩdigemus ſuauis eſt. Vbi ſatiari repletiq; ſumus ãplius ſuauis nõ ẽ. Roſæ aũt odor ſemp ſuauis ẽ.

Cur minus riſũ retinere poſſimus cũ amicos nr̃os familiareſq; uidem⁹. An uolubilius qđ elatius: atque ſuſpẽſus ſit. Atq beniuolẽtia ferme huiuſmõi ẽ: ergo merito tũc ad ſurridẽdũ mouemur.

Quã ob cãm cũ maior iniuria ſit offeuſa q̃ maius ſit bonũ maior iniuria pacuniæ æſtiet̃ q̃ honoris & hoĩes iniuſti potius ĩ re pecuniaria eẽ uideantur. an quie multitudĩ pecuniæ honori añponũtur oĩbuſq; cões maxĩe hñtur. honor ãt paucis raroq; uſu cõtigit.

Cur depoſitũ denegare iniquius ſit qui mutuũ. An ꝙ amico iniuriã facete turpe eſt. Depoſitũ igitur qui negat amico iniuriã facit. nullus enĩ quicq̃ deponit niſi credẽs cõfidenſq;. At is cui debet̃ amicus nõ nõ eſt nõ enĩ mutuat: ſed dat qui amicus eſt: an quia maior iniuria cõmittitur. Præter dãnũ enĩ fides negligitur: cuius gratia q̃uis nil aliud cogat: abſtinẽdũ ab iniuria eſt. Ad hæc nõ par pari reddere uicio datur. hic igit̃ rem ſuã credidit tanq̃ amico ille denegat tanq̃ inimico. At qui mutuauit nõ dedit ut amico. Itẽ qui depoſuit cuſtodiendi reddendiq; gratia dedit qui mutuauit. fructus etiã ſui gratia dedit: minus autem ægere ferimus iacturam ſi queſtum emolumentũq; nobis petimus ut piſcatores factã iacturã rhetium æquo amnio ferunt. periculũ enim exploratũ ſibi habebãt. Addo etiã ꝙ qui ſuũ deponũt hominũ uitãtes perfidiã: ſortunaq; laborantes aduerſa plerũq; id faciũt. Qui uero mutuãt pecuniis abũdãt fortunateq; degunt. Iniquius autem ẽ iniuriã homini ĩfortunato q̃ fortunato intuliſſe.

Quãobrẽ in foris nõnullis familiæ potius q̃ teſtamẽti rõne ſñiam fieri ſolitũ ſit. An ꝑpea ꝙ de familia emẽtiri nõ licet: ſed uera fateri neceſſe ẽ. Teſtamẽta aũt multa iã falſa eẽ redargui potuerit.

Cur pauptas apud hoĩes honos potius eẽ q̃ apud prauos ſoleat. An qa oĩb⁹ odio habet̃ atq; expellit̃ ad ꝓbos pfugit. rata maxĩe apud eos ſalutẽ pmanẽdiq; locũ ſe poſſe aſſeq ecõtra ſi ad prauos. uenerit nunq̃ eos fortuna iſta fore cõtẽtos ſed uel furta latrocinia adituros: qb⁹ reb⁹ futurũ ut ipſa ampli⁹ apud illos manere nequeat. An qa hoĩes ꝓbos optĩe ſe uiſuros exiſtimat: nec ſibi petulant̃ cõtu melioſe quippiã facturos. Itaq; ut nos pecuniarũ depoſita tute hoĩb⁹ bonis credimus: ſic ẽt hæc ſibi diſpẽſat & ſtatuit. An libẽter ſe ad uiros optimos cõfert: qa fœmina eſt: ĩopſq; ꝓinde & utriũ & cõſilii: ut eiuſmodi hoĩbus cõmẽdatã ſe eẽ magnope uelit atq; deſideret. An quia mala eſt: nunquã ſe malis iungere uelit. Nã ſi ita maluerit oĩno malũ irremediabile ipſa reddetur.

Cur nõ queadmodũ amplificãtur iniuriæ in pecuniis ita cæteris etiã in rebus ualeant augeri uerbi cauſa: qui leui aliquid dixerit nõ ꝓpterea rem quoq; reticendã aperiet. neq; q unũ ꝓdiderit: uel totam rẽpublicã ꝓdere ꝓpterea uelit: ſicut qui obolum abſtulerit etiã talentũ auferet. An quia ſunt quæ partius quidẽ per impotentiã ſed uoluntate amplius iniquæ cõmittantur.

Cur depoſitũ etiã paruũ denegare turpius eſt q̃ debitũ magnũ. An qui depoſitũ negat hominẽ fraudat: a quo bonus ipſe exiſtimatus eſt. An qm̃ qui hoc facit: illud etiã facere uelit.

Cur homo qui adeo eruditione ꝑditus eſt: animantiũ omuiũ iniuſtiſſimus ſit. An quia ingenio cogitationeq; plurimũ ualet. Voluptates igitur & fœlicitatem rimatur maxime atq; perpẽſat: quæ niſi iniuria nemo aſſequi poteſt.

Cur diuitiæ magna ex parte ab hominibus prauis potius q̃ bonis habeantur. An quia fortuna cæca eſt: diſcernere ſibi atq; eligere quod melius non poteſt.

Cur iuſtius habitum eſt hominibus uita functis opem ferre q̃ uiuis. At quia uiui ſibiipſi pſidio eſſe poſſunt illi defuncti nihil ꝑterea poſſunt.

Quã ob cauſam qui moram cũ homine ſano traxerit: nihilo reddi integriori corpore poſſit: neq; q

cũ robuſtiori aut pulchriori uerſatur quicquam in eiuſmodi hĩtus proficat.iuſto aũt & tẽperati
& bono qui ſe deiũxerit:melior in his ipſis bonis aĩ euadet.An qm̃ bona coporis animo imitari nõ
poſſimus bona aĩ poſſumus.eſt autem q̃ſque bonus uirtute aĩ:ſanus uirture corporis.Aſſueſcit ig i
tur exemplo melioris recte modo lætari modo contriſtari. Quod is aſſueſcere nequit qui cum ſa-
no eſt:haud enim quiſquã ſanus in eo eſt ut lætetur quiaus rebus lætandũ triſtetur quibus triſtan
dum ſit.Nihil enim ex his ſanitatem creare poteſt.

Cur mulierem ĩterfeciſſe iniquius ſit quã uirũ quaquã naturæ rõne mas fœmĩa ꝑſtantior ẽ.An quia
mulier ĩbecillior eſt:minuſqꝫ ꝓinde facere iniuriã poteſt. Itẽ eniti aduerſus id quod longe infirmꝰ
eſt:nihil uirile ĩmo ſtolidum atqꝫ iniquiſſimum eſt.

Quam ob cauſã reo dexter apud iudicem locus datˀ.An ut rõ cõpenſandi habeatur.Cum igitˀ res faci
at accuſatorem ſuperiorẽ reo ſtatus cõceditur melior:ut ſe aduerſario poſſit æquare.Tũ etiã reꝰ ma
gne ex parte cauere cõſueuit:ꝙ melius facere ita poſſit.ſi locũ dextrum obtineat.

Cur ſi ſuffragia pari numero accuſatori & reo fuerint reũ uincere ſanxitum eſt.An quia agitatur cã
tunc primum ea audit reus:atqꝫ rñdere teſteſqꝫ adhibere debet. aut aliquid facere aliud unde ſibi
preſidium eruere poſſit:facile autẽ nemini eſt diuinaræ:q̃ ſibi premoliẽda preparãdaqꝫ ſint:ut teſtes
aut aliquam fidem aliã:qua ſe innocentem oſtendere ualeat:at uero accuſator & añquam in iudici
um uocet rem diſponere atqꝫ ſtature põt:ꝓut ſibi libitũ eſt. & cũ iã acceſſiuit. fictis uere quibuſdã
ſimilibus agere.Quibus rebus cum legum auctor minui partes rei uideret fauendum cẽſuit ei quo
tiens ſniæ iudicum pares inter ſe fiant. Quinetiam hoc in his maxme intelligere licet quos metus
teruerit. Multa enim ibi pretermittunt : que uel dictu uel factu ſibi neceſſaria ſtatuerunt.Atqui
reus periculo ſemper fere utitur grauiori:ut amplius metuat. ergo ſi ea ꝑtermittere cogitur. q̄bus
poſſit ſuam augere defenſionẽ dubiũ nullũ eſt quin niſi ꝑtermitere:uincere aduerſariũ poſſet quã
do illis prætermiſſis potuit tamen ſui iuris præſidio æquiparare.Ad hæc noſtrum unuſquiſque no
centem potius uelit liberare:quam innocentẽ condẽnare:ut ſi de aſſertione libertatis aut homici
dii agitur reum liberare potius uelimus nocentem q̃ condennare innocẽtẽ. Cũ enim quis ambigit
errorem ſuſcipere debet leuiorem: nã etſi iniquũ etiam eſt liberum:aſſeruiſſe qui ſeruꝰ eſt:lõge tñ
iniquius ſeruũ ſanxiſſe qui liber:eſt.Item quemadmodum ſi. Q .inuehit crimẽ.C.litigat nõ ꝓtinꝰ
rem criminanti reſtituendam cenſemus ſed poſſidenti tenendã uſqꝫquo iudicatum ſit.ita etiam de
pluribus par eſſe putamus: cũ.ſ.iudicũ aſſerentiũ iniuriã & negãtiũ parẽ numerũ eſſe cõſtat.Vt.n.
principio cũ alter criminatur alter inficias it:legũ auctorẽ nõ criminãti fauere ſed reũ iubere dñm
rei eẽ tãtiſper debere dũ accuſator ſupet oportere exiſtimamus.Itidẽ cũ pari ſuffragioꝝ iudicatur
examine:reũ ſuoꝝ cõpotẽ eẽ cenſemus cũ ſniis paribus nihil exuperãtiæ legũ auctor accuſatori re
liquerit.Magnis itẽ dilectis magna ſupplicia ſtatuta ſunt.Itaqꝫ ſi iudices iniuſta ſnĩa hoĩem capite
dãnarint:poſt ſuũ errorẽ emẽdare nullã tpis facultatẽ nãciſcentˀ.Sed ſi minus integre liberarint: ſi
hoc ita caute tuteqꝫ fecerint:ut nihil ꝑterea delinquere ille uellet:quid quæſo errauerint. Iudices
ꝙ hoĩem uſqꝫ eo emẽdatũ liberarint.Sed ſi poſt hac etiã delictũ idẽ cõmiſerit:morte tum utriuſqꝫ
delicti cauſa mulctãdũ lex ꝑcipit.Itã hoĩs eſt ꝑfecto iniquioris ea cõmittere quæ crimini aſſigna-
ri iniquæ minus cõſentaneũ eſt.Iniuria enĩ uel per irã:ꝑ metũ:ꝑ libidinẽ:ꝑ multas alias huiuſmo-
di cauſas aduehi põt:nõ tñ modo ex cõſulto.Crimẽ autẽ ex cõſulto magna ex parte iniuſte obiici
tur:q̃obrẽ cũ ſnĩæ accuſatorẽ iniuſte agere:pariter & reũ deliquiſſe affirmẽt:ĩprobuſqꝫ habitus ſit
qui iniuſte accuſat uictoriã lex iure optimo reo ĩpertit.Itẽ nos etiã ipſi noſtris cũ familiaribus ita
agimus:ut cũ eos deliq̃ſſe aliquid ſuſpicamur:tñ nihil certi habemus ſed pariter culpa uacare exi-
ſtim amus:nõ ꝓtinus ad plectendũ ueniamus:atqꝫ ſi nihilo rem amplius ꝓceſſere poſſimus : culpa
eos oĩno abſoluimus.Itẽ grauiorẽ his facit iniuriã qui ex cõſulto q̃ qui nõ ex cõſulto iniuriatˀ. At
qui planus atqꝫ calũniãs ſemp ex cõſulto laceſſit:qui autẽ iniuſte aliud fecit:aut ꝑ neceſſitatẽ: aut
per ĩprudẽtiã:aut ꝓut aliter ſors tulerit delinquit cũqꝫ pares ſentẽtiæ ſint accuſatoriã ex conſulto
iniuriã facere dimidio iudicatur ſentẽtiarũ:reũ autẽ facere quidẽ iniuriã reliquo ſentẽtiarũ dimi-
dio aſſeritˀ:ſed facere tñ ex cõſulto nõ cõſtat.ergo cũ grauiorẽ accuſator q̃ reus facere iniuriã iudi
cetur.merito legũ auctor eũ uincere cenſuit : qui iniuriã fecit leuiorẽ.Addo etiã ꝙ ſemp iniuſtior
eſt qui ſe latere nõ putat:& tamẽ facit iniuriã quã qui ſe latere poſſe exiſtimat . Atqui iniuſte cri-
men cuiq̃ obicit:cũ quidem ipſum quẽ ſuis uexat calũniis:haud unq̃ latere ſe poſſe arbitratˀ. Cæ-
teri qui iniuriã faciũt:latere ſeſe plæriqꝫ oẽs cũ exiſtimãt:in quem iniuriã aĩaduerterũt ergo iudi-
cari iniuſtiores accuſatores debent q̃ rei.

Quã ob cauſam qui ex balneis furatus eſt:aut ex paleſtra aut ex foro aut ex aliquo eiuſmodi loco
morte mulctatur:qui autem ex domo priuata furti ꝑciũ duplũ exoluit.an qa in domibus rẽ cuſto
dire melius poſſumus.nã & paries firmus & clauis eſt:& familiaribꝰ res demeſticæ curæ omnibus
ſunt ut tuto ſeruentur. At in balneis cæteriſqꝫ publicis locis facilis cuiqꝫ facinoris perpeteratio
eſt.nil enĩ ad cuſtodiã ſatis qui ſua pouerit hẽt ꝑter oculos.Itaqꝫ facultas datur furãdi.etiam ſi aſpe

ctum paulisp̄ diueterit. Quãobrem legum auctor ratus ſua ipſos cuſtodire ſatis nõ poſſe legẽ adhibuit minitantẽ acerrime uitam futuram nemini qui furtũ publicis locis cõmiſerit. Itẽ i domo penes dominũ ipſum eſt quẽ uelit recipere & cui minus credat cauere. At ei qui in balneis quicquã poſuit prohibere neminem licet, nec ingredi nec igreſſum ueſtẽ ſuam ibi deponere unde ſurrepturus ſit, ſed ꝑut libitum eſt, eodẽ in loco ſurrepturi & amiſſuri amicula ꝑmiſcue iacẽt. Quapropter legũ auctor hoĩs rebus qui ſua ſpõte furem ſuam in domũ excepit: ſibiq; errauerit nõ magnis admodum ſupplicis cenſuit conſulẽdum. His uero qui cõem belnearũ additũ cõuerſationẽq; habeãt neceſſe eſt: ſuppliciũ furti grauiſſimum p̄ſidio ſtatuit: Itẽ qui locis quorũ aditus oĩbus patet furtũ comittũt: oĩbus patent, eo aĩo eſſe ut & uitæ ſeruati ne ſui quidẽ cõmodi gratia ꝓbi eſſe unquã uideri uelint: utpote qui fruſtra ſe ꝓbos apud eos ementiantur: : qui rem norũt. Iã ergo palam ſuam nequitiã prauitãtẽq; exercere in cipient. At qui uni tñ palam fuerint diſſuadeť uel pecunia uel re aliqua conantur ne facinus patefaciat. Quocirca nõ tota uita hi praui perſeuerent. Itaq; legũ conditor danna his leuiora p̄ſcripſit: Itẽ ea potiſſimũ delicta dedecus reipu. afferunt q̃ in conuentibus collegiiſq; publicis cõmittunť: ut ecõtra honorẽ cõparant ſũmũ ea maxime quæ integre publice agunť. Ita eni fit ut ciues & ſibi & cæteris cõſpicui ſint uirtutẽ pre ſe ferre & colere. Atqui eiuſmodi furtis nõ ſolũ priuatim qui ſuũ amiſit detrimẽto afficiť: uerũetiã tota reſpu. cõuiciis laceſſitur: & maledictis. Igiť dãnis merito grauioribus is puniť qui locis publicis q̃ qui priuatis in ædib⁹ furtum egit. Itẽ qui ex domo priuata rem ſuã amiſerit: ſine ulla contumelioſa affectione domi manẽs ſuum perferat caſum. At qui in balneis aut alio id genus loco amiſere ægre inde nudi diſcedunt & plæriq; oẽs irridenť: quod lõge moleſtius q̃ rei iactura eſt. Qua de cauſa legum lator dãna his ſtatuit grauiora. Quinetiã alia cõplura ſimili rõne leges ꝑcipiũt ut q hoĩ magiſtratu p̄dito maledixerit grauiter mulctari q priuato nullo affici detrimẽto & recte qdẽ. ſic eni nõ tñ in magiſtratũ deliquiſſe qui maledixit iudicať: ſed in rẽpu. etiã cõtumelioſe egiſſe. Pari ſane rõne & qui in portu furatus eſt: nõ ſolum priuatim offendiſſe: uerũetiam reipublicæ dedecus aduexiſſe putatur: hæc eadẽ uel in cæteri reddenda ratio eſt: ubi aliquis ſit publicus conuentus & compitũ.

Cur ſi iudicũ ſniæ pares aduerſariis fiãt: reũ uicere ſolitũ eſt. An q reus nullo ab aduerſario detrimẽto affectus ſit: ſed ſuffragiis paribus uictor euaſerit.

Cur ſuper furto dãnũ capitale ſtatutum eſt. ſuper contumelia quæ grauior iniuria eſt æſtimanť qd pati ſuo corpore: aut quãtũ ſoluere debeat: qui deliquerit. An ꝓpterea q agere cotumelioſe humana quedã affectio eſt oẽſq; homines plus minuſue eius participes ſumus. At furari nulla neciſſitate humana cogimur. Adde quod q furtum commiſerit idem ager quoq; maluerit contumelioſe.

## DECIMANONA PARTICVLA QVAE AD ANIMI RATIONALES VIRTVTES PERTINENT.

CVr hoĩes qui ingenio caluerunt: uel in ſtudiis philoſophiæ, uel in repu. adminiſtranda: uel in carmine pangẽdo uel in artibus exercẽdis melãcolicos oẽs fuiſſe uidemus: & alios ita ut etiã uitiis atre bilis ĩfeſtarenť: ceu inter hoeros de hercule ferť: hic.n. eaipſa fuiſſe natura putať: & morbũ comitialẽ ſacrũ ab illo & herculeũ priſci nominauere. Pueroꝝ quoq; motio mẽtis idẽ hoc explicat & eruptio ulcerũ qui mortem interdũ antecedit. Id eni plæriſq; atra bile cõſiſtit: & lyſandro lacædemonio proxime ante obitũ genus id ulcerũ emerſit Adde aiacẽ & bellerofontẽ: quoꝝ alter penitus ad inſaniã ꝓrupit. Alter loca ꝑſeqbať deſerta. Vnde illud Homeri. Aſt hic quãdo etiã diis grauior oĩbus errat. In cãpos ſolus latos: inq; auia rura. Ipſe ſuũ cor edens hominũ ueſtigia uitãs. Quinetiã pleroſq; alios ex heroũ ordine mordo eodẽ laboraſſe cõpertũ eſt. Annis uero poſterioribus. Empedoclẽ Socratẽ Platonẽ: alios cõplures uiros inſignes hoc fuiſſe habitu nouimus: atq; etiã partẽ ordinis poetarum ampliorẽ. Nã & mnltos id genus hominũ morbi ob eiuſmodi habitũ corporis exercent. & aliqui ſuapte natura in eoſipſos affectus p̄ſpicue uergũt. oẽs tñ fere ut dictũ iam eſt. natura huiuſcemodi extitere. ergo cauſam primũ exẽplo haud ſane icõmodo uini capiamus. Vinũ eni ĩmodicũ tales maxime hoĩes reddere uideť: quales melãcolicos eſſe affirmamus: moreſq; uarios id cõdit cũ bibitur: ut iracũdos humanos miſericordes audeces: quoꝝ nihil mel aut aqua au lac: aut eiuſmodi aliquid efficere põt: intelligi plane q̃ uarios reddat hoĩes licet. Si quis potãte ipſum enimaduertat ut gradatim euariat. Vbi eni uinũ hoĩem frigentẽ taciturnũq; a ſobrietate accepit paulo liberaliori pocula refouet excitatq; ad uerba. Tũ largiori potu uerboꝝ uberẽ: eloquẽtẽ fidentẽq; reddit poſthac ꝓceſſu potãdi ampliori audacẽ propenſũq; facit ad agendum. Deinde plenius amplificato: in contumeliã & petulentiã uertit: mox ad inſaniã ꝓpemodũ accendit. Poſtremo nimio ex potu reſoluit: ſtultũque agit in modũ eoꝝ q̃ a pueris morbo laborãt comitiali aut etiã eoꝝ q uiciis atræ bilis maiorẽ in modũ cõtinẽtur. Igiť ut homo idẽ inter bibẽdũ moribus imutať uariis: uiniq; mẽſura quadã idẽ crebro a ſe diſcrepat ita ſũt qui ſingulis moꝝ generib⁹ adeo iualuerint ut aliorſũ

